

liam ad populos & principes mittit; maxime uero ad Florentinos, qui tum Aretinos ue-
xabant; petiq; ut sibi & exercitui suo hospitium in urbe parent, ac uexare Aretinos desi-
nant, respondere tum Florentini tatum quidem principem imprudenter agere, qui bar-
baros in Italiam ducere conatur, quam ipse imperij causa a Barbaris uerit deberet. Areti-
nis praeterea imperatorem ipsum non bene consulere, quos sciret Guelphos quidem ci-
ues suos expulisse; exules enim ab imperatore institui consueuissent, & extorres retie-
neri. Ferunt tum Dantem Florentinos caecos appellasse, quod imperatori tam insulse re-
spondissent: quo certe nil poterat esse magis a repu. sua alienum; maxime autem tanto prin-
cipe cum tanto exercitu hostili animo aduentante. Animos siquidem eis dabant Rober-
ti regis promissa, qui in regnum proficiscens factionis Guelphae defensorem acerrimum
ubiq; se futurum pollicitus erat. Imperator autem ad Taurinos alpes transgressus in pla-
na descendens, omnes fere ciuitatum principes honoris causa obuios habuit. Duae tum
praerant Mediolani factiones: quarum altera Turrianorum, altera uicecomitum habe-
batur. Guelphis praerant Guido Turrianus populi capitaneus (ut gentis uocabulo utar)
Gibellinis uero Maffeus uicecomes. Veritus autem Guido ne uicecomes Henrici
gratiam ob factionem praeroccuparet, contracto exercitu in agro Mediolanensi castra po-
nit, uisurus (ut ipse dicebat) qui nam urbem se inuito ingrederentur. Tum uero Maffeus
nuncijs imperatorem ipsum prope Mediolanum uocat, ad urbem (ut ipse dicebat) im-
perij Romani domicilium. Henricus itaq; copias urbi admouens, magnos tum quidem
tumultus ingresso iam Guidone concitauit; quos statim rebus hoc modo compositis re-
preffit, ut Guido Vercellis potiretur; Maffeus uero equitum suorum dux & praefectus
haberetur. Potitus Mediolano imperator omnes fere ciuitates statim in deditioem ac-
cepit, praeter Alexandrinam. Coronam itaque ferream Mediolani accipiens, quam mo-
do etiam de more capere debuerat, tata ciues impensa uexauit, ut grauata onere plebs,
quaer libertatem sperabat arma sumpsit. Tum uero Germani cum ab utraq; factioe su-
os caedi uiderent, ex suburbijs urbem ingressi factionum capita ad se uocant. Galeatus
autem Maffei uicecomitis filius, relicto domi genitore, cum magna clientum manu ad
imperatorem proficiscitur, ostenditq; Turrianos tyrannidem urbis affectantes tantum
tumultus concitasse. Hanc ob rem Germani cum Gibellina factione in unum conueni-
entes, Turrianos non nihil apud plateam sanctae Mariae nouae resistentes, ab urbe pellunt
qui Guidone suadente Vercellas populariter petunt. Ex hac autem factione ad triginta
interfecti referuntur, quor; de numero quatuor Turriani fuere. Mouens deinde in Cre-
monenses & Cremenses Henricus, qui Gibellinos eiecerant, Guelphos ad supplicium uo-
cat; sed libera Cremonensium deditio Henricum mitiorem reddidit. In Cremenses alii
quantulum fauitem est, & eorum moenia funditus euersa sunt, Parmenses autem timore
perculsi, qui Giberto Corrigia suadente Rubeos in urbem acceperant, pulsus Guelphis
imperatoris uicarium recipiunt. Tutati sunt aliquandiu se Brixiani. Verum cum acris-
ter ab Henrico oppugnarentur noctu ad montana confugientes, uacua cultoribus ur-
bem reliquere. Ingressi itaq; Germani urbis moenia cofestim demoluntur. His autem
uicinarum calamitatibus perterriti Mantuani, Veronenses, Vicentini, Patauii, Taruisini,
Veneti, mandata imperatoris statim fecere. Placentini quoq; pulso Alberto Scoto Guel-
phorum duce, imperatoris praefectum suscipiunt. Compositis itaq; hoc modo Cisalpi-
nae Galliae rebus, imperator Amedeo Sabaudiae comite Pisanorum Genuensiumq; ora-
toribus subsequenter per Placentinos iter faciens, Genuam proficiscitur. Quo etiam
non ita multo post applicuere & legati Roberti Neapolitani & Federici Siculi regis; illi
simulata, isti ueram amicitiam praeferebant. Nam Robertus rex marecillum suum
cum duobus milibus equitum in Hetruriam miserat, qui Florentinis & Lucensibus,
si opus uideretur, contra imperatorem auxilio essent. Verum Henricus Pisas classe de-
latus praemissis terrestribus copijs, maximis incommodis Lucenses afficit. Libuit haec
nunc commemorare haec incommoda Italjs illata, quor; ois culpa a quibusda in Clementem
transfertur; q Henricum impulit cum exercitu Italja ingredi. Snt tñ q scribat id ex ur

litate puincia a Clemente facti ob intestina mala, qua quidie csi magna hoim caede in
unaqua; ciuitate, imo in qujs paruo etiam castello committebant. Caedebatur ciues,
necabant senes, allidebant infantes, nec ullus crudelitatis modus inerat; unde Clementi
placuit, qd scripti apud Homeru e, unus sit princeps, ad quem omnia referantur. Hen-
ricus autem Romam uersus iter arripies cum quingentis equibus Lodouicu Sabaudiensem
Amedei filiu pmittit, q certe apud Stephanum Colinaam non longe a Lateranensi pala-
tio diuertens, magnu Vrsinae factioni timorem iniecit. Henricus tamē Viterbijs primo,
inde Romam ueniens, effuso obuia honorato quoq; cum urbana multitudo benignē su-
cipitur. Coronatus deinde a tribus cardinalibus, Romanos omnes in uerba sua (ut mos
est) iurare compulit, edito ingenti conuiuio, cui omnes ciuitatis proceres (exceptis dñ-
taxat Vrsinis) interfuere. Ne tamen in tanta celebritate quicquam tumultus ob concita-
tas hominum mentes oriretur, milites suos in theatris, thermis locisq; munitis pro sta-
tione collocauit; quibus praedijs adeo confusus est, ut ausus sit etiam tributum infuctum a
populo exigere. Qua ex re omnes utriusq; factionis ciues, ad Vrsinos confugiunt: qui
ades suas prope Tiberim & Hadriani pontem sitas ualidis praedijs conueniant. Tu
uero imperator ira percitus sagittarios nauales a Pisanis missos in urbem contra Roma-
nos uocat, q; certe nil tale metuēs, Iohānes Roberti regis frater, q suas nauales copias
sub Auertino collocauerat, facile in fugam uertit; & intromisso equatu haud longe in stat-
uis collocato, populo Romano adiuuante, imperatorē ism Tibur abire coegit. Discessit
& Iohannes Roberti fra cardinali iussu, urbemq; pacatā reliquit. Henricus autem Peru-
sio iter faciens, cum Aretiu puenisset, Robertu regē maieftatis reu facit; citatumq; nec ap-
parentē regno priuauit, improbante eā rē Clemente, qd in loco nequa; idoneo tantā
rē, nec ad se pertinentē peregrisset; potificalis em proprium esse dicebat regni Siciliae
& ultra Pharam dare & adimeret; mouens Aretio imperator in Florentinos & Lucen-
ses cum Roberto sentientes copias ducit. Verum cum urbem oppugnare nō posset, occupa-
to Bonitio, eodemq; munito Senensibus bellum indicit, qui auare nimiu ac maligne co-
meatus ei subministrabant. At uero cum agrotare coepisset, ad Macereti balnea se con-
tulit, unde multo imbecillior qua antea ad Bonconuentum rediit; ubi post aliquot dies
morit, non sine suspitione dati a Florentinis uenenū, subornato pollicitationibus & pra-
mij; monacho quodam, qui ei eucharistiam ueneno illitam dederat, ut nonnulli scribunt.
Pisani autem mortuo imperatore Florentinorum potentiam ueriti, Vgutionem Fagio-
lanum ducem sibi ac tyrannum deligunt; qui paulo post ab equitatu cum Henrico milita-
re solito adiutus Lucenses agris multatos in potestatem suam redegit. Clemēs uero ad
caetera mala qua Italia patiebatur, audito incendio basilicae Constantinianae uehementē
indoluit; pecuniasq; clero ac populo Romano misit ad templum restituendum, licet eo
anno tanta caritate & penuria rerum laboratum in regno sit, ut uix ad cibum & potum
satis pecuniarum haberet. Quae quidem mala & frequentes eclipses solis cometæq; por-
tendebant, & ipsa pestis qua fere ubiq; tum laboratum est. Clemens autem cum animu
ad componendum ecclesiae statum adiecisset, sacris ordinibus ter habitis, & plerofq; car-
dinales uiros optimos creauit, & tribus concilijs diuersis in locis uarijsq; temporibus ha-
bitis, multa prudenter & mature egit. Nam & Dulcini sectam ecclesiasticos impugnantē
(ut dixi) pdomuit; & teplarios sustulit in maximos errores plapfos, Chm scilicet abne-
gates, eorumq; bona Hierosolymitanis militibus addixit; & regi Fraciae apud Pictauu
quaedam inhonesta petenti, quo minus id impetraret restitit; nam & damnarū Bonifacii
um, & absoluti Nogaretium ac Sarram petebat. Primum certe nunquam obtinuit, secun-
dum postremo impetrauit, pollicente Nogaretio se iturum poenitentiae gratia contra
Saracenos. Quam quidem expeditionem Clemens ipse maxime optabat, ut ex eius con-
cilijs apparet. Praeterea uero & Celestinum quintum approbatum eius miraculis, in fan-
ctos retulit sub nomine Petri confessoris; & librum Clementinarum a se compositum
in Vienensi concilio edidit. Deinceps uero uarijs agritudinibus afflictatus: nunc enim
dysenteria, nunc stomachi ac laterum dolore cruciatur, octauo pontificatus sui anno,

menſe decimo, die quintodecimo moritur. Vacat tum ſedes annis duobus, menſibus tribus, diebus ſeptemdecim, dum non ſatis inter cardinales conſtet, quem poſſimum deſigant. Nec minor quidem diſcordia inter electores imperij tum ſuo mortuo Henrico, cum alij Lodouicum Bauariæ: alij Federicum Auſtriæ duces proponerēt. Quibus inter ſe prælio concurrentibus, ſuperato Federico, tanta ſuperbia Lodouicus elatus eſt, ut abſque autoritate Romana ſedis & imperatorem ſe appellauerit: & ita uicecomitibus in Ciſalpina fuerit, ut Medioloano potiti ſint, quo ei facilis Romam proficiſci liceret ad coronam auream, ut mos eſt, accipiendam. Tum uero Hetrufci omnes, ac maxime Guelphi trepidare cœperunt, quod cernebant Lodouicum imperatorem omnia imperij iura adiuuantibus uicecomitibus & Vgutione Fagiolano Piſanorum & Lucenſium tyranno, breui repetiturum. Hanc ob rem & Guidonem Petramalam episcopum Aretinum ac dominum, & Philippum Tarentinum principem Roberti regis fratrem, in partes ſuas pollicitationibus & muneribus pellexere. Multum enim Philippus equitatu & diſciplina rei militaris tum ualebat.

IOHANNES .XXIII.

Iohannes uigeſimusteſtius, Iacobus Caturcenſis ante uocatus, episcopos Portuenſis, poſt longam uigintiurium cardinalium altercationem Lugduni pontifex creatus, nonis ſeptembris in eccleſia cathedrali coronâ pontificatus accepit. Inde uero Auenionem cum curia profectus, octo cardinales in ieſuñs quatuor temporū aduētus domini creauit: quorum de numero fuit Iacobus Caturcenſis eius ex ſorore nepos, & Iohannes Caietani tituli ſancti Theodori diaconus cardinalis e gente Verſina. Præterea uero in ſanctos cōſeſſores retulit Lodouicum episcopum Tolofanum quondam Caroli regis Siciliae filium. Sunt tamen qui hoc Bonifacio octauo aſcribant, ut antea dixi. Abdicare autem ſe episcopatu & ſacerdotio compulſit Hugonem Caturcenſem episcopum priuatū omnibus pontificalibus inſignibus, anulo, mitra, cappa, pileo, camiſaq; Romana. Priuatū autem degradatūq; (ut iſtorum uocabulo utar) ac curiæ ſeculari traditū, omnibus cruciatis coactum eſſe uitam cum morte commutare, quod in pontificem conuulſerit. Eccleſiam uero Tolofanam, quam unice dilexit ad archiepiscopatum trãtulit: cuius quidem caſtella ſex in ciuitates erexit, ut haberet archiepiscopus Tolofanus quibus cum dignitate præſeſt. Diocēſes quoq; archiepiscopatu Narbonenſi aſcripſit, Liſimoſam & abbatiam ſancti Pontij. Adeo præterea rebus nouis pontifex ipſe ſtudit, ut & ſimplices episcopatus bifariam diuiferit, ac diuiſos in unum redegerit: & abbatias in episcopatus, & episcopatus in abbatias uiciſſim tranſtulit. Nouas quoq; dignitates, noua collegia in eccleſijs cōſtituit, ac cōſtituta prius in alia formâ trãtulit: hac tñ gratitudine uſus eſt, quod Clementinarum editionem confirmauit, mandauitq; doctoribus omnibus publicorum gymnaſiorum, ut librum ipſum publice legerent. Ordinem autē Grædimontenſem quorundam improborum factionibus labefactum in meliorem formâ redegit, amputatis his quæ ordini obeſſent, additiſq; institutionibus quibuſdam, quib; tanta religio conſtaret. Cum uero Cæſarauguftanam eccleſiam admodum diligeret, eâ in metropolitanam erexit, quinq; cathedralibus eccleſijs ex undecim quæ Tarraconenſi ſubſunt, huic aſſignatis. Inſtituit & nouum ordinem militum, qui militare ſub Chriſto dicerentur in Luſitania (quæ Portugallia dicitur) qui Saracenis reſiſterent, Beticam & Aphricam incolentibus. Beticam apud antiquos ea pars Hispaniæ dicebatur, quæ ad mare mediterraneū uergit, noſtris temporibus Granatæ nomen obtinens, à cocco, ut arbitror, quo ea pars Hispaniæ maxime abundat. Coccum autem nunc granam uocat, unde lanæ inſciſcitur. Huius aſit ordinis, quæ diximus à pontifice conſtitutū caput, in maritimo Syluēſis diocēſis oppido reſoſitū eſt: militibusq; oia bona templarioꝝ annuente rege Portugalliæ conceſſa ſunt, q̄ liberius militiæ Chriſti uacaret. Cuius cenſor & moderator eſt abbas Alcohafiani monaſterij Ciſterciēſis ordinis Vlyxibonenſis diocēſis: qui & conſcribendi & exautorandi militē facultates habet. Deinceps uero duos Thomas in ſanctos retulit, Thomâ ſcilicet eſm Herferdenſem uirum nobilē gñe. pbatum moribus, doctrina inſignē, miraculis clarū: et Thomâ Aquinatē ordinis ſancti Dñici doctorē p̄ſe

ſentē, de cui; uita & ſcriptis multa ſupius annotauim;. Creatis deinde ſeptē cardinalib; ſecunda ordinatiōe, milleſimo trecentēſimo uigeſimo ſecundo, ſtatim ediſcū propoſuit, q̄ eos declarauit p̄tinaces & hæreticos, q̄ affirmaret Chriſm eiusq; diſcipulos nihil priuati uel habuiſſe, quod certe nō multū cū ſacra ſcriptura conuenit, quæ multis in locis teſtaſt Chriſm eiusq; diſcipulos ac ueros imitatores nil proprij habuiſſe, ut illud euangeli; q̄ nō uendiderit oia, quæ habet, & paupibus dederit, nō poteſt eſſe dignus me diſcipulus. Præterea uero hæretici putauit eſſe, ſi q̄s affirmaret ipſis diſcipulis uēdendi, donandi, teſtā di; acquirendi ſuoſte ingenio ius non cōpetere, q̄ ad religionē eūtes in alterius arbitriū tranſeant: unde ſit ut domini mancipia non ſibi, ſed dño acquirant: uel acquiſita prius ex arbitrio & mandato eius paupibus diſtribuant. Hæc aſit institutionum literas apoſtolicas ad gymnafia publica tranſmiſit, ne amplius ſcholæſtici ea de re diſputare auderent. Damnauit præterea gloſſulam quandam fratris Petri ordinis minorum, qui conuentū quendā tertij ordinis ad imitandā Chriſti paupertatem animauerat: quoꝝ de numero multi dānati & exuſti fuere. Habita præterea cōſtitutione, ut eoz; uocabulo utar, decē cardinales creauit: inter quos Iohānis Columnæ & fratris Marthæ e gēte uerſina ordinis p̄dicatorū ratio eſt habita. Dum hæc à pōtifice agerent, Florentinus exercitus ingētē clade nō ſōge à monte Catino ab Vgutiōe Fagiolano ſupatus eſt. Ver; Lucēſes nō diutius tyranniſe Vgutionis laturi capta occasione, Neriū eius filiū urbe eiſciunt, dū Caſtruciū uirum domi nobilē & manu promptū, quē in carcerē cōiecerat ob prædā ex hoſtibus captū, ad ſupplicii ducit. Pulſus itaq; Luca Nerius patrē in Lucēſes cōiecit: cui qdē ex urbe in hoſtem prodeſcū, Piſani ſtatim clauſere portas. Is aſit cū filio ad Malafpinas cōfugiens, tentato ſæpius ac fruſtra ad tyrannidē reditū, tandē in Flamminiam ſolum paternum pontifice iubente redijt. Atq; ita Caſtruciū ab extrema calamitate ad ſummam felicitatē perducitur: e carcerē enim ad dñatum ciuitatis Lucēſis traductus eſt. At uero pōtiffex intellegēs & Eſtenſis pulſo p̄ſidio eccleſiaſtico, oio Ferraria, & uicecomites adiuuante Lodouico Bauaro Medioloano potitos eſſe: omiſſis (ut ipſe dicebat) ad tēpus Eſtenſibus uicecomites interditiſ notauit, magis in Lodouicū q̄ titulos imp̄ij ſibi uſurpabat, q̄ in uicecomites inueſt. Eodē quoq; tēpore Gibellini Genuēſes à cōciuiſ ſuis Guelphis pulſi adiuuante Roberto rege, cuius poteſtati ciuitatē cōmiſerant, Sauonā populariter miſgrauerē. Hos poſtea etiā extorres bello inſequēs Robertus, dū in Gallias trañcit unā cū Sauonenſibus in poteſtatē ſuā redactis, aliq̄ diu male habuit. Pōtiffex autē intelligens diſceſſu Roberti Guelphos ubiq; opprimi, Carolū Valeſij comitē Franciæ regis Philippi filij in Italiam mittit, qui Guelphis præſidio eſſet: & his poſſimū qui apud Vercellas cum Turrianis erant, urbis ditione potitiſ. Verū ſupueniente Lodouici impatoris iuſſu Galeatio uicecomite ante aduentum Caroli Turriani Vercellis pellitū, eaq; urbs in poteſtatem uicecomitum redigitur. Poritur & Caſtruciū non ita multo poſt Piſtorio, ut Guido Petramala paulo ante Tipherno, Florentinis aduerſantibus. Sed Caſtruciū Galeatio uicecomitis auxilio fretus: nā Accium filium cum mille & quingentiſ militibus ei auxilio miſerat, Florentinos magna clade ſuperatos ad moenia uſq; perſequitur. Tum uero pontifex uidiens in Bauaro turbandi omnia principium ineſſe, ei ſacra interdicit more ſolenni, ut fieri conſueuit: Guidonemq; Petramalam poſt occupatum Tipherno ſacerdotio exautorauit. Cortonam quoq; à diocēſi aretina ſeparatā in ciuitatē erexit, creato Iohanne Viterbiēſi Cortonienſij ep̄o. Interim aſit Nicolaus Eſtenſis Ferrariæ dñs Argenti Rauēnatis eccleſiæ oppidum uī occupat, adiuuante Paſſarino Bonacoſſio urbis Mantuæ tyranno, qui ſororē Nicolai paulo ante in uxorē duxerat. Hi etiā iunctis ſimul copijs Bononiēſes aggredi ſunt auſi, ſed à Beltrando eccleſiæ copiarum duce ſuperati, cum magno incommodo abiere, non ita multo poſt à pontifice anathemate notati. Ferrariæ præterea interditiſ ſacris, donec Argenta redderetur. Caſtruciū uero adeo Florentinos tum uexabat capto oppido Signa, unde frequentes incurſiones in eos faciebat, ut deſperatione rerum adducti Carolum Roberti filium in dominum uocauerint. Tum uero Iohannes pontifex Iohannē Verſinum in Italiam propere mittit, qui Florent

Matthe. 19.

tinus & Guelphos omnes in Bauar. confirmaret, iam alpes cum magnis exercitibus transseuntem. Is autē Romam iter facturus, primo Mediolanum proficiscitur Gibellinorum precibus motus. Verum cum accepta ferrea corona pecuniis indigeret, atque eas a populo exigeret, quē Galeatus tuebat omnibus uicecomitibus in carcerē cōiectis, quatuor & uiginti ciues deligit, qui tempus administraret addito p̄fecto, quē ex gēte sua urbi p̄fecit. Bauarus tamen postea Castrucij precibus motus uicecomites omnes incolumes dimisit, dum Luca essent, ubi imperator a Lucensibus magna cum benignitate susceptus est. Inde uero abiens comitante cum mille & quingentis equitibus Castrucio, Romam peruenit: ubi apud aedes laterani iussu cleri populūq; Romani a Stephano Colonna coronatur. Præerant tum urbi duo ex nobilitate Romana, quos Romani imperatoris uicarios appellabant. Tum uero cum Nicolaus comes alter collega abesset, Stephano ea fors obrigit. Coronatus imperator Petri Corbariensem ordinis minorum ex Reatino agro oriundum p̄ticipem statim creat, Iohannis. XXII. æmulum futurum, hominem quidem humililoco natum, sed doctum, & ad res agendas aptissimum. Habuit hic primo uxore quam reuente ac reclamante religionē & habitum sancti Francisci suscepit. Creatus itaque pseudopontifex, ac Nicolaus quintus appellatus, ab imperatore & his qui tum cum eo aderant, ut uerus Christi uicarius conlaturatur. Creauit is quoque cardinales & episcopos homines suiipsius cōsimiles. Interea uero cum equites Galli in præsidio Florentinorum relicti, noctu insidijs Pistorium occupassent, Castrucium Roma abire cōfessum cogunt: qui primo iunctis cum uicecomitibus copijs, Pisas Lucamque peruenit: inde uero in Pistoriū mouens ciuitatē diu obsessam fame ad deditiōē tandē cōpulit. Subsequens autē Castrucium cū exercitu Bauarus, Viterbij antipapam reliquit Florentiam oppugnaturus: quā forsasse occupasset, nī Castrucio graui morbo ex immēsis laboribus cōtra cōmori contigisset. Bauarus tamē tantū accepti bñfici immemor, eius filios Pisas ac Luca expulit, dum in ciuitatibus p̄sidia disponderent, urbibusque ipse potitus est. Mortuo quoque eodē tēpore Galeatio uicecomite eius filij ad Bauarum confugiunt, hominem rogantes, ut accepta grandi pecunia quam ipsi pollicebantur se in patriam remittat. Tum ille pecuniā admodum cupidus, Accium in patriā remittens, Marcum fratrem tandiū obsidē apud se detinuit, quōdiu ei pecuniā redderentur. Verum Bauarus relicto Pisis antipapa Marcoque uicecomite, Mediolanū profectus, in Germaniam iturus nequaquam ab Accio in urbem recipitur paternarum iniuriarum memore. Germani autem milites qui in Herurgia Marcum uicecomitem obsidem retinebāt, cognita hominis uirtute, in eius uerba iurauerunt, ex captiui ducem creantes: qui statim deditibus arcem castrucianis militibus Luca potitus est. Verum nō ita multo post absente Marco Germani milites mutata sententia Lucam urbem cuidam Genuensi ex gente Spinola, qui multum classe ualebat uēdidere. Abeunte præterea in Germaniam Bauaro re omni infecta ad impium spectante, Bonifacius Pisanus comes rem gratā Iohanni p̄ticipi facturus, antipapam Auenionē perducit: ubi in carcerem cōiectus, uitā cū morte p̄mutauit. Tū uero p̄ticipex duabus maximis curis liberatus, quod antipapā e medio sustulerat, quod Bauarus in Germaniā relicta Italia abierat, instante Francia rege expeditionem in Saracenos promulgat impositā decimis, quā Philippo ipsi ad expeditionē ituro darentur. Ceperant tum Lucā Florentini: unde a militibus Boemicis statim expelluntur: quos antea Brixiani cōtra Bergomates in Italiam accersierant: quorumque auxilio fretus p̄ticipis legatus, Parmam, Rhegiū, Mutināque ceperat. Is autem in ita cū Iohanne rege Boemiā amicitia, omnem rationem factionum Italicarum repente commutauit. Nam quibus pontifex & Boemiā rex amici ac socij erāt, illis Robertus ac Florentini repente aduersabantur, nullo Guelphorum aut Gibellinorum discrimine habito. Mastinus enim Scala Veronæ, Philippinus Gonzaga Mantuæ, Carrarienses Patauī, Estenses Ferrariæ dñi amicitiam & societatem cum Roberto in eunt, cuius etiam auxilio Florentini adiuui Pistorium capiunt, deditibus tamē urbē quibusdā ciuibus, nemineque aduersante. Interea uero marchiones Estenses nō prius ab interdico ecclesiastico absoluti sunt, quā Ferrariensium p̄cibus fatigati, Argentam a se oc-

occupatam, ecclesiæ Rauēnati reddidere. Hi tamē auxilio Scaligerorū freti castellū sancti Felicis agri Mutinēsis obsidere incipiunt. Verum supueniente Carolo Boemiæ regis filio Manfredoque, cognomēto Pio Carpi dño, qui societate simul inierant, Estenses funduntur fuganturque. Ex eorum militibus ad octingentos cecidisse ea pugna constat, multosque ex nobilitate captos; maxime uero Nicolaū Estensem Rainaldi marchionis fratrem. Hac autē opportunitate motus legatus Bononiēsis, cōparato satis iusto exercitu, cui & Galeatus Malatesta Ariminēsis, & Franciscus Ordellapus Foroliuensis, & Richardus Manfredus Faentinus; & Hostafius Polentanus Rauēnas præfere, Ferrariam obsidet, Nam hi oēs suarum ciuitatum dominatum paulo antē occupauerant, cum prius earundem capitanei haberentur. Oppugnabatur tum acriter Ferraria capto sancti Antonij suburbio, cū auxiliaries copię a Philippino Gonzaga, a Mastino Scala, ab Vbertino Carrariēsi missæ animus ad erumpendum Ferrariensibus dedere; qui & hostes fundunt, & omnes fere duces capiunt. Captus autem Romandiola comes, cum Nicolaus Estensi commutata: reliqui deinceps incolumes ad suos remittuntur, hac conditione tamē, ne arma amplius cōtra Estenses capiant. Elatus uero tanta uictoria Rainaldus Estensis in agrum Bononiensem mouens, longe omnia populatus a capiēda urbe paululum affuit. Venturum quidem in auxilium legati regem Boemiæ Bononienses sperabant: & iam esse in itinere dicebatur, cum subito ei nunciatum est & Mastinum Scalam Brixiam Bergomū in deditiōē accepisse: & Acciū uicecomitē Papiam ingressum, arcē oppugnare. Hanc ob rem ab instituto itinere discedēs relicto Parmæ filio, cum aliquot cohortibus Papiam ipse profectus, cum superare munitiones uicecomitis nō posset, uastato Mediolanensium agro, Parmam deinceps re infecta rediit: ubi quod intellexit Americū Castrucij filium Lucam amicorum opera recepisse. Oppugnabatur tamen arx, quam etiam rex accepta grādi pecunia Lucensibus & Americo reliquit, breui in Germaniam iturus, Italicas factiones pertaxus. Nam uicecomites capta iam arce papiensi longe & late uires suas diffundebant, Mutinā itaque & Rhegiū imposito Germanorum præsidio, commendatāque Parma Marfilio & Petro Rubeo in Germaniam abiit, celerem reditum cum maioribus copijs pollicitus. Abeunte autē rege Bononienses ipsi adiuuantibus Florentinis, & marchione Estensi pulso legato in libertatem se uindictant, caeso tum in urbe, tum in agris ecclesiastico p̄sidio. Hanc ob rem legatus omni ope destitutus, Auenionem proficiscitur anno domini millesimo trecentesimo trigesimo quarto, quo tempore eodem in loco Iohannes pontifex moritur ætatis suæ anno nonagesimo: pontificatus uero decimono, mēse quarto, relicta in thesauris tanta uī auri, quantam nullus ante se pontifex. Sepelitur autem in ecclesia cathedrali cum magna funeris pompa. Sunt qui scribant Petrum Murroneum, quondam pontificem a Iohanne in sanctos relatum: Gentilemque Fulginatē & Dynū Florentinum medicos insignes magnis præmijs & honoribus tum ab eo affectos, Amator enim doctorum uitorum est habitus.

BENEDICTVS .XII.

Benedictus duodecimus, patria Tolosanus, ordinis Cisterciensis, Iacobus antea uocatus, sanctæ Priscæ presbyter cardinalis, sextodecimo die post Iohannis mortē, Auenione p̄ticipex creatus, statim cēsuras in Bauar. a Iohāne factas, ut in usurpatorē impij cōfirmauit. Hac autē ratiōe uacante impio ad arma oīa respiciēbant, cū unusquisque quantumuis paruus dñs rape ex alieno conaret. Scaligeri em̄ nō contenti Veronæ, Brixia, Bergomi dñatu, Parmā adimere Rubeis conabant, Gonzaga Rhegiū, Estensia Mutinam, Florentini Lucā appetebant. Verū cum Scaligeri potiri Parma nequirent, acriter qui in p̄sidio erant urbē defendentibus, maxime uero Germanis militibus, qui Scaligeri insensu habebant, in Vincentinos exercitū mouēt: unde re infecta abeuntes cū Germanos milites abisse Parma intellexissent, eō profecti, urbe statim potituri Rubeis ipsis eam deditibus. Nicolaus quoque Estensis Beatricæ Guidonis Gonziaci filia in uxore accepta, focerit copijs adiutus, Mutinam capit. Philippinus itē Gonzaga ciuibus ipsis ultro deditibus, Rhegium Lepidi in potestatem suam statim recipit. Tum uero crescente Ma-

stini Scalæ potentia, qui & Parmam & Lucam & Patauium dederte Vbertino Carraria in potestate suam redegerat. Ad tantum dominatum extinguendum oēs fere Italiae populi & principes simul coniurarunt; maxime autē Veneti, & Luchinus uicecomes, qui Acacio paulo antè mortuo in dominatu successerat. Cinxerunt Veronam obsidione Veneti Gonzaga Estensisq; dum Luchinus alio exercitu Brixiam & Bergomū in suam potestate redigir. At uero cum Veneti timerēt ne dū potētiā unius extinguere parant, aliterius augerēt, pacē hac conditiōe cū Mastino Scaligero ineunt, ut omisso Patauio Carrariēnsibus, dimissaq; Brixia & Bergamo uicecomiti, quas urbes nuper occupauerat, ipse Veronam, Vincētiam, Parmam Lucamq; retineret. Displicuit uehemētē hac pax Florentinis socijs & amicis, qui potiri Luca admodum cupiebant; sed reiecta in aliud tēpus querela, tum quidē reticere. Pōtifex autē misso in Italiam legato, senatui populōq; Romano persuasit, ut senatoriā dignitatē, quā diu regio nomine gesserant, suis tandē ecclesie auspicijs administrarēt. Hanc obrē & Stephano Columnæ senatoria dignitas in quinquenniū prorogata est, & collegæ annui ei dati sunt. Verum cum pontifex Stephanum ad se Auenionem uocasset, Ursus Anguillaria comes Stephani collega, Franciscum Petrarcham uirum eloquentissimum; maxime autē uernacula lingua rhythmicq; uulgaribus, corona poetica in capitolio donauit, astante populo omniq; Romana nobilitate, anno salutis millesimo trecentesimo trigesimo octauo. At pontifex ueritus ne uacante imperio Italia ab aliquo externo hoste inuaderetur, Luchinum uicecomitē Iohannemq; eius fratrē archiepiscopū Mediolanēsem Mediolani aliarūq; urbū, q̄s possidebant uicarios instituit. Eandem quoq; potestātē Mastino Scalæ Veronæ & Vincētia; Philippino Gōzagæ Mantuæ & Rhegi; Albertino Carrariæ Pataui; Obicioni Estensi Ferrariæ; Mutinæ; Argente suo iure (ut ipse dicebat) tribuit; q̄ uacante imperio omnis eius potestas in pontificē recidat, Iesu Christi superni regis unicū in terris uicariū. Obicioni tñ Estensi hoc uicēgalū imposuit, ut quotannis decē milia nummū auri ecclesie Romanæ persolueret. Semel autē toto sui pōtificatus tēpore sex presbyteros cardinales creauit, uiros egregios, nō de sua stirpe (ut nunc fit) sed undequaq; ad tantam dignitatē uocatos. Non improbo tamen eos qui ob cognationē & affinitatē ad summos dignitatis gradus eriguntur, si tanta conditiōe digni sunt. Tanta præterea constantiā fuit, ut dimoueri à recto uel ui uel precario uel pollicitationibus nunq̄ potuerit. Bonos em̄ diligebat; & uicissim malos ac sceleratos aperte odio habebat. Componere item pacem inter Philippum Franciæ & Eduardum Angliæ regem sæpe tentauit per legatos, at frustra: qui maximis claudibus q̄ sapissime inter se concertarunt. Nam Eduardi classis supra Scylas non longe à portu Fladræ tanta ui cum Gallis dimicauit & uicit, ut ad trigintatria milia Gallorum unā pugna interfecta referantur. Pontifex autem rem sapius tentatam omittēs, ædes pōtificias cum turribus & pomis inchoauit ac perfecit; suoq; iussu impensaq; basilicā sancti Petri tectum restituit; quemadmodum epigramma ad eius statuum in eadem basilica positum indicat. Moritur autē pōtificatus sui anno septimo, mense tertio, die decimo septimo. Multā uim auri nō cognatis suis & affinis, sed ecclesie reliquit. Totum pictorem illa ætate egregiū ad pingendas martyrum historias in ædibus ab se structis conducere in animo habuit. In morte autem optimi pontificis & doctissimi omnes fere colla chrymarunt; idq; in pompa funeris qui aderant stetit & gemitu præ se tulere.

CLEMENS. .VI.

Clemēs sextus, patria Lemonicēsis, Petrus antea uocatus, primo monachus, deinde archiepiscopus Rhotomagēsis, postremo pōtifex Auenione creatus est. Fuit autem uir multæ doctrinæ cōpositæq; eloquentiæ; liberalis in omēs, comitatus & phumanus. Electus itaq; nonis maij, millesimo trecentesimo quadragesimo secundo, coronatur. XIII. cal. Iunij, Sequētibus uero ieiunijs pōtificatus sui anno primo, octo presbyteros cardinales creat, diaconos duos, scilicet fratrem suum monachum Turellensis pōfessionis, & Guilielmum ex sorore nepotem. Ex his præterea quos presbyteros creauit, unus ei affinitate coniunctus fuit, Sequenti autem anno duos item creauit: quorum al-

ter eius erat ex altera sorore nepos. Petentibus siquidem Romanis, ut quemadmodum Bonifacius octauus olim concesserat, ut centesimo quoq; anno (quod seculum antiqui appellabant, unde Iudi seculares nominati sunt) plenam peccatorum omnium remissionē uisitantibus limina apostolorum Petri & Pauli, quinquagesimo quoq; anno id facere libenter annuit, cum dicerent ætatem hominum iubileum illum centum annorum attingere non posse. Verum cum intelligeret totam Italiam in tumultu esse, solos Luchinum & Iohannem uicecomites uicarios Insubriæ confirmauit; de reliquis Italiae principibus nulla mentione habita. Existimabat em̄ solos uicecomites Bauaro resistere posse, in Italiam (ut ipse prædicabat) descensuro, qui uicissim, ut par pari pontifici redderet, in diuina ecclesiastica multos uicarios imperiali autoritate confirmauit. Nam Iohannē de Viterbi præfectum Viterbij, Galeotum Malatestam & fratres Arimini, Pensauri, Fani, Antonium Feletrarium, Urbini; Nolphum & Gallasium fratres Callij, Alegretum Clauellum Fabriani, Bulgarutum Matelica; Immedutum sancti Seuerini; Gentilē Varraneum Camerini; Michaelē montis Milonis; Pongonium Cingoli; Nicolaum Boscaretum Elij; Guidonem Polentensem Rauennæ; Franciscum & Synealdum Foroliuij & Cesennæ; Iohannem Manfredum Fauentiæ dominos confirmauit; licet ante quidam ex his loca ipsa primū, primū bñuolentia ciuū adepti fuerāt, ut in Benedicto dixim⁹. In terim uero Frescobaldi Florentini ciues admodum potentes à ciuibus suis pulsi Pisanos ad arma concitant in quo quidem tempore. Florentini enim Parmam à Scaligeris empturi tum erant; & ob eam rem filios obsides iam Ferrariam miserant, quingenta milia nummū auri polliciti. Sequēter enim ad eam rem conciamandam, Ferrariensis ab uicarijs electus est. Verum cum Florentini alia super aliam clade, tum à Pisanis, tum ab eorum socijs afflictati essent, omittere tantam emptionem coacti sunt, ferre tamē auxiliū Lucenibus à Pisanis obsessis non omiserē adiuuantibus etiam socijs, copiarum duce Malatesta Ariminensi, cognomento Vngaro, qui Pisanos à ceruicibus Lucensium armis quidem respulit. Tum uero Robertus Florentinorū amicus sociorum calamitatibus p̄motus, Gualterium quendam Gallum Athenarum ducem appellatum, cum paruo equitatu in Heruriā misit, qui artibus exquisitissimis deiecit Malatesta ut imperito belli duce, ita gratiam Florentini populū occupatus est, ut breui & copijs eorum & urbi præficeretur, de seclis et extinctis oibus urbis magistratib⁹. Huius q̄q; fortunā iuere Aretini, Pistoriēses & Volaterrani, qui homini sese statim dedidere. At cum Accius Corrigiēsis Parmā urbem quam ipse tueri non poterat, Obicioni Estensi dedisset, Philippinus Gonzaga bello ab ipso Obicione lacesitus, comparato exercitu in agro Rhegiensi hominem inuadens, collatis signis tanto impetu fundit, ut fugientem Ferrariam usq; persecutus sit. Tum uero Obicio desperatione rerum motus, Parmā ipsam quam retinere nō poterat, Luchino uicecomiti tuendam tradidit, anno domini millesimo trecentesimo sexagesimo sexto. Cū autem Florentini ferre Gualteri tyrannidem diutius nō possent, necarenturq; quotidie multi, in eum ob liberatē coniurantes, Angelus Acciaiolus urbis episcopus, ciues armatos in episcopatum prope ad se uocat, patriam in liberatē uendicaturus. Quare tyrannus imparem se ciuibus uidens, episcopo ipso pacis sequestræ adhibito incolumis cum militibus & rebus suis decimo tyrannidis suæ mense abiit. Verum plebs ipsa ingrata ut semper nobiles ciuitatis, quorum consilijs & armis liberatē cōsecuta erat, exules facit, direptis eorum bonis adibusq; euerfis. Et ne quid deesset ad perturbandam totam Italiam, in regno quoq; Neapolitano magnæ discordiæ exorta sunt. Rex enim Robertus sine stirpe uirilī moriens, Iohannam filiam Andreæ nepotis sui Caroli regis Vngariæ filio uxorem dedit. Neapolim enim illis diebus adolescens uenerat. Verum Iohanna hominem socordem perosa, eum in urbe aduersa per insidias interimit; alteriq; fratueli nubit, Lodouico olim Tarentini principis filio, quem Roberti quoq; fratrem fuisse constat. Tū uero Lodouicus rex Vngariæ primū mariti frater tantū scelus ulturus, cum paratissimo exercitu in Italiam ueniens, primo Sulmonēses resistere ausos oppugnare adoritur. In terim autē Romæ creandorum senatorum ex autoritate apostolica commutata ratione,

Vide Sabellū
cū lib. 8. emne
ad. 9. non lon-
ge à fine.

Franciscus Pe-
trarcha.

CCV. pont.

Nicolaus Rentij ciuis Romanus publicus scriba, uir quidem erecti ad libertatem excel-
 sisq; animi, occupato armis capitolio tantum sibi beneuolentiæ & autoritatis apud omnes
 comparauit, ut facile quo uellet mentem populi Romani flecteret. Is autem quo magis
 animos hominum commoueret, hoc titulo usus est, Nicolaus seuerus & clemens, liber-
 tatis, pacis iustitiæq; tribunus, ac sacræ Romanæ reipub. liberator illustrius. Hac autem uer-
 borum pompa tantam de se & admirationem & opinionem concitauit, ut omnes Italici
 nominis per legatos pacem amicitiamq; ab eo petierint. Fuere & quædam externæ pro-
 uinciæ, quæ ad Romani imperij gloriam renascentem, ut ipsa putabant respiceret. Sed
 parum inoleuit fucata gloria; nam dum parti ciuium consulit, parti aduersatur, repente
 ex patrone tyrannus est habitus. Hanc ob rem septimo magistratus sui mense, sponte sua
 ignaris omnibus mutata ueste per obscuram noctem Roma abiens, ad Carolum Iohannem
 nis filium in Boemiam proficiscitur: quem Clemens pontifex ob multarum linguarum
 literarumq; peritiam, in Bauaria etiam contumeliam ab electoribus in Casarem designa-
 ri paulo ante fecerat. Captus itaq; tribunus à Carolo & Auenionem missus, pontifici do-
 no datur. Lodouicus autem Sulmone post longam oppugnationem potitus, regnum
 deinceps facile occupat, abeuntibus in prouinciam Narbonensem ob timorem Iohanna-
 na & adultero Lodouico, relicto ad regni custodiam duce Dyrachino, Roberti regis ne-
 pote: quem Carolus prælio superatum & captum ultimo supplicio affecit. At uero cum
 fere in tota Italia peste laboraretur, Carolus relicto satis magno præsidio, tertio mense in
 Vngariam reuertitur, eo maxime tempore, quo Iohannes archiepiscopus magni animi
 consilijq; uir mortuo fratre Luchino uicariatum Mediolanensem à pontifice suscepit. At
 Clemens retento in uinculis Nicolao, cardinales quosdam Romam misit, qui statim ur-
 bis componeret: ad quos Franciscus Petrarca perscribens eis persuadet, ut promissæ
 senatores ad tollendam seditionem ex plebe ipsa creent, cum non satis constet in ipsa ur-
 be Roma, qui senatorij, quiq; plebei ordinis sint, q; omnes fere peregrini sint & ignotis
 parentibus orti. Declarati itaq; senatores sunt, Petrus Sarra Columnenfis, & Iohannes
 Vrsi filius. Quo quidem tempore pestis adeo triennio totam Italiam peruagata est, ut
 uix decimus quisq; ex millesimo homine superferuit. Nec id quidem mirum, cum ob in-
 bileum contagione hominum & multitudine undiq; Romam cõmigrantium, squalore,
 situ, pedore, omnia inficerentur. Venere autem tum in potestatem Florentinorum Col-
 lis oppidum, & Geminianum. Venit & in potestatem archiepiscopi Mediolanensis Bo-
 nonia, ciuibus ipsis ultro deditibus. Quare pontifex commotus misso in Italiam lega-
 to, Florentinos & Mastinum Scalam in uicecomitem concitat, Sed mortuo Mastino ar-
 chiepiscopus Canem grãdem Mastini filium, omnesq; Flamminia & Hetruria Gibe-
 linos in fœdus amicitiamq; sui pelliciens, Bernabouẽ nepotem Bononiam misit, qui ci-
 ues in fide contineret. Interim uero Florentini nemine uerante Pistorienses ac Praten-
 ses aggressi, eos tandem in potestatem suam armis redigunt. Verum postea ab archiepi-
 scopo uexati duce copiarum Iohãne Aulegio, uix tum quidem se mœnibus tutati sunt.
 Defecisse tum Anglare & Burgum sancti sepulchri ecclesiæ oppidum ad uicecomitem
 constat. Pugnasse tum etiam legitur Genuenses & Venetos inter se bello nauali, in q; pri-
 mo uicti Genuenses sunt: mox uictores præfecto classis Philippo Auria & Chium insu-
 lam de Venetis cepere: & Euboiam (quam Necropontum uocant) magnis cladibus ue-
 xarunt. Clemens autem quieti Italiæ tandem consulturus, Lodouicum Tarentinũ prin-
 cipem regem Neapolitanum decreuit, pacem cum Vngaro instaurat. Urbem Auenio-
 nensem à Iohanna regina emit, eius enim patrimonium habebatur. Perfoluit pretiũ
 feudũ permutatiõẽ: tantundem em̃ & eo amplius ob regnum Neapolitanum ecclesiæ Ro-
 manæ debebat. At uero dum Anglerianus uicecomes Scarperiam in Mugello obsideret,
 Senenses, Aretini, Perusini suis rebus timentes, nouam societatem cum Florentinis con-
 tra uicecomites ineunt, Sentire cum uicecomitibus Pisani aperte non poterant ob Gam-
 bacutos familiam potentem Florentinis amicam: qui resisteret uicecomiti nequeuntes,
 Carolum imperatorem in Italiam uocant, Hanc ob rem motus pontifex, ueritusq; ne

Restis in Italia

Italia ferro ac flamma uastaretur, quemadmodum se facturum imperator minabatur: et
 uicecomitibus Bononiam hac lege permitti, ut duodecim milia nummũ auri quotannis
 ecclesiæ persoluerent: & pacem inter uicecomites & Florentinos componit his condi-
 tionibus, ut neuter istorum Pisanos, Lucenses, Senenses, Perusinos uexaret: utq; Burgus
 sancti sepulchri ecclesiæ obtemperaret, libertatemq; Cortonenfium uicecomites tueret
 tur: pacem quoq; & fœdus componere inter Philippum regem Franciæ & Eduardum
 Angliæ annix* est, sed frustra: adeo erãt ad bellũ aiat, in quo Eduard* uictor cæsis uigin-
 ti Gallorũ milibus Calesium undecim mensibus obsessum, ui tandem cepit. Eadem quo-
 q; fortuna superantur Scotij, ab his qui Eduardi auspicijs in Scotia tum militabant, Pon-
 tifax autem boni pastoris officio functus, cum foris prodesse Christianis non posset, do-
 mi ecclesiastico senatu consuluit. Aliquot enim præstantes uiros in cardinales legit: ma-
 xime uero Aegidium Hispanum archiepiscopum Toletanum, Nicolaum Cappociũ Ro-
 manum ciuem: Rainaldum Vrsinum ecclesiæ Romanæ protonotarium. Nepotem quo-
 q; suum huic numero ascripsit: qui postea pontificatum adeptus est, & Gregorius undeci-
 mus appellatus. Sunt qui scribant hunc pontificem in sanctos retulisse Iuonem præ-
 byterum & cõfessorum Britannicum, Pontificatus autem sui anno decimo, mense sexto,
 die uigesimo octauo millesimo trecentesimo quinquegesimo secundo mortuus, Auenio-
 ne sepelitur, adhibita à cardinalibus, qui tum aderant honesta funeris pompa.

INNOCENTIVS VI.

CCVI. pontif.

Innocentius sextus, patria Lemonicensis, Stephanus antea uocatus, pontificij ciui-
 lisq; iuris uir consultissimus, procurator primo, mox epus Claromontanus, deinde
 cardinalis, pontifex tandem creatur, anno domini millesimo trecentesimo quinqua-
 gesimo secundo, decimo sexto calendis decembris. Fuit autem uir integerrimæ uitæ, ma-
 gnæq; constantiæ & seueritatis. Beneficia autem ecclesiastica non nisi probatissimis sa-
 cerdotibus, tum uita, tum doctrina dedit. Post uero coronationem suam multas reserua-
 tiones à Clemente factas suspendit: cõstituitq; statim, ut omnes prælati, omnesq; qui be-
 neficia habebant ad ecclesiæ suas sub anathematis poena proficiscerentur. Dicebat enim
 oues pascuas à pprio pastore, non à mercenario custodiri debere. Impẽsam q; domestica
 cam quæ magna erat imminuit, familiam suam ad certum & honestum redigens nume-
 rum. Nec domi uoluit nisi uiros probatissimos. Idem ut faceret cardinales acerrimo
 edicto mandauit, dicitans suam ac omnium ecclesiasticorum uitam cæteris exemplo ef-
 se debere, ad imitationem saluatoris nostri, cuius tota uita ad institutionem humani ge-
 neris respiciebat. Præterea uero sacri pallacij auditoribus salaria instituit, ne muneribus
 corrupti in decernendis litibus ob inopiam possent. Dicebat enim famelicos non facie-
 le etiam ab alieno cibo abstinere, si sit oblata quouis modo edendi facultas. In uictu par-
 cus est habitus, in sumptu bellico largissimus, dum bello repetit quæ à tyrannis superio-
 ribus temporibus occupata fuerant. Aegidium nanq; Hispanum è gente Carilla cardia-
 nale Sabinum uirum insignem è latere suo in Italiam misit, qui bello tyrannos perse-
 queretur, ditionemq; ecclesiasticam tutiorem redderet, eo maxime tẽpore, quo impe-
 rator Constantinopolitanus Aragonum rex, & Veneti contra Genuenses fœdera inter-
 se iniere. Hi autem comparata ingenti classe, numero nauium & copia militum superio-
 res, Genuenses inter Constantinopolim & Chalcedinẽ aggrediuntur loco, ipsis Ge-
 nuensibus iniquo, uento aduersante. Pugnatum est ab aurora usq; ad uesperam: ac tan-
 dem Græcis in fugam uersis, Veneti ac Catalani magna ex parte cum præfecto classis
 cædunt, pagano Auria duce. Veneti autẽ tãtam cladem & ignominiam iniquo animo
 feretes, redintegrata cum Catalanis classe, Nicolao Pisano Venetæ classis pfecto, sequẽ
 ti anno nõ longe à Corfica Genuenses fundunt, eorumq; triremes quadraginta uisus o-
 nusta demergunt. Hac clade preritti Genuenses, archiepiscopo Mediolanensi ciuitatẽ
 ac sua dedunt: qui Venetos bello aggressus Patauinum principem, Veronensem, Fera-
 ratiensem, Mantuanum, & Florentinos in se concitat, ueritos ne superatis Venetis, ad se
 demum iretur, Pugnabatur terra mariq;: sed Genuenses præfecto pagano Auria mira

Vita ecclesiæ,
 sticorum alij
 exemplar.

felicitate nauali pugna usi, apud Sapienciam Peloponnesi promontorium Venetos sua perant: eorumque praefectum Nicolaum Pisenum captum cum quinque milibus hominum Genuam perducunt, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo quarto. Verum sequenti anno mortuo archiepiscopo Mediolanensi Veneti ac socij magna cura liberati sunt. Bernabos & Galeatius ex Luchino fratre nepotes patruj haeredes suere. Sola Genua ab his fecit, inchoato prius a Bernaboue & Galeatio, suadente pontifice Aegidioque eius legato. Interim uero Caloiohannes Constantinopolitanus imperator in patriam redijt, pulso armis Caraculino imperij contra ius fasque occupatore. Id autem factum est Francisci Gatalusij Genuensis opera, uisari rerum maritimarum peritissimij: cui Mitylenem cum Lesbo dono dedit; grati animi signum praese ferens, quam certe insulam superioribus annis Thurcus Gatalusij ipsi uisastulit, occupata prius Constantinopoli, totaque Thracia. Nec Romae certe minor perturbatio, qua Constantinopoli tum fuit, Franciscus enim Barocellus Romanus eius uis admodum potens, pulsus est senatoria dignitate Iohanne Vrsino & Petro Columnensi, tribunitiam dignitatem sibi usurpat cum his titulis, Franciscus Barocellus scriba senatus, dei gratia almae urbis tribunus secundus, ac Romanus consul. Tum uero Innocentius pontifex re cognita, ad comprimendam hominis audaciam Nicolaum Cenci, qui eodem modo dominatum appetierat, e carcere Auenionensi ductum, Romam mitit ad tribunatum repetendum. Is itaque urbem ingressus adiuuante nobilitate, ac magna plebis parte, Barocellum e Capitolio deiecit, ac solus tribunatu potitur. Verum cum non ita diu pristinae conditionis immemor nobilitatem persequeretur, maxime uero Columnenses a porta Exquilina in Hernicos cum clientela proficiscentes, magno incommodo pulsus in Capitolium se recepit; unde fugiens instantibus hostibus mutata ueste cognitus a ciuibus Romanis obruncatur. Tum uero autoritate apostolica Guido Iordanis unicus senator ad annum creatur, Imperator autem regis Boemiae filius perbenigne a Carrariensibus Gonziacis, uicecomitibus susceptus, Mediolani coto nam ferream, ut mos est accipit. Inde uero Pisas abiens, legatos Senensium, Volaterranorum, totiusque fere Hetruriae obuio habuit; qui dicerent se paratos esse eius mandata facere. Idem fecissent Florentini, nisi prius data ingenti pecunia se ab eius manibus redemissent, Romam autem proficiscens, hac conditione a duobus cardinalibus ad eam rem missis coronatur, ut neque Romae, neque in Italia diutius immoraretur. Quo quidem in Germaniam abeunte, Aegidius legatus omnia fere oppida breui recepit, quae tyranni instigante Bauaro in Flaminia, quam Romandiolam uocamus, in Marchia Anconitana in patrimonio sancti Petri occupauerant. Eos tamen uicarios in oppidis suis confirmauit; quos uiderat ecclesiae Romanae obsequentes, utpote Galiothum Malatestam & Guidonem Polentanum in Flaminia, Varranenens in Piceno. Ordolphos autem nequaquam ecclesiae Romanae obtemperantes, bello biennio persecutus, eos tandem e Forolij Foroque Popilij, ac Cesenna deturbauit. Poruissent hi quidem aliquam partem dominatus retinere, adiuuante Iacobo cardinali Columnensi, uiro huic familiae amicissimo, sed maluerunt totum constanter amittere, quam partem turpiter retinere. Aegidius autem pacata Flaminia, adeo Forolij delectatus est, ut & ararium ecclesiae & pecuniam ab Auenione missam, unde arces Italiae aedificarentur, eo loci reposerit, & institutiones quasdam ibi composuerit, quibus adhuc prouincia ipsa utitur. Cum autem Aegidius Italiam pacasset, arcesque in ditione ecclesiastica pluris ac per necessarias aedificasset, omnesque Italos principes ac populos ad officium redegit, ad annum quintum legationis suae successorem habuit, Arduinum Burgundum abbatem Cisterciensem, hominem rebus agendis nequaquam idoneum. Hanc ob rem abeunte Aegidio, omnes Italiae principes ac populi arma capiunt. Nam & Pisani Florentinos adeo uexauerunt, ut cum ne mo prodire obuiam auderet, agrum omnem Florentinum diriperent, capto Figino superioris Arni castello; incensisque uillis omnibus quae passim in agris aedificatae erant, Dux autem Florentini exercitus Pandolphus Malatesta tum erat, quem populus abdicare se

magistratu coegit: quia nunquam congressi cum hoste ausus est. Tum uero Pisani elatiores facti, non tam spe potiunda urbis quam inferenda contumelia causa, leuibus aliquid praereljs ante portas commissis, cum magna praeda domum redeunt instante iam autumno; & Bernabos quoque Bononiam bello agitatur, acriter eam defendente abbate Cluniacensi, multis castellis spoliatur. Erat quidem Bononia, ut antea diximus, uicecomitum dominatui subiecta, sed Aulegianus eam abbati Cluniacensi prodidit, Firmi in mercedem proditionis accepturus. Verum dum Bernabos Bononiam & Rhegium bello premit, legatus apostolicus accitis in societatem belli Philippino Gonzaga, Cane Veronesi, Nicolao Estensi, in Brixianos mouet. Tum Bernabos Brixianorum periculo motus, relicta Bononia ac Rhegio, in hostem proficiscens, apud Montemclarum tanto praelio superatur, ut aegre deinceps urbis moenia tutatus sit. Eodem fere tempore Florentini Galeorho Malatesta duce Pisanos superant, ille citius prius ad se eorum militibus pecunia. Hanc ob rem Pisani in Gambacurtos ciues suos praepotentes, omne crimen conuenientes, quod auare maligneque stipendia militibus perfoluerent, Iohannem Agnellum exulem Bernaboui amicum, & Gambacurtis aduersantem reuocant, qui ciuitatem breui in potestatem suam redegit, sublati e medio aduersae factionis amicis. Verum composita a pontifice inter Pisanos & Florentinos pace, Iohannes Haucur Pisano stipendij militare solitus, milites omnes passim per omnem Italiam sparso colligens, magni omnibus terrorem iniecit, tumultuante potissimum ciuitate Romana in creandis senatoribus; quam discordiam Innocentius optime sedauit, externo senatore ad urbem missos, Raymundo Ptolemaeo ciue Senensi, qui annum integrum magistratum gessit, anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo nono. Non quieuerit autem compositis etiam hoc modo rebus Romani, Nam pulso senatore, septem ciues creantur cum summa potestate; quos reformatores totius reipublicae uocant. Hanc ob rem Innocentius Hugonem Lusignaneum, Cypri regem, ad bellum quod in Thurcos gerebatur proficiscentem, senatore creauit; mandauitque ut magistratum reformatorum omnino aboleret. Erat autem tum maxime intentus abolendo bello quod inter Anglos & Gallos gerebatur, quo omnibus proficisci in Thurcum liceret. Verum cum Angli in Pitiricensi agro Gallos superassent, cepissentque regem cum Philippo filio, rem difficiliorem facerent uidebantur. Cum Eduardus magnitudine animi motus, captiuos omnes hac conditione liberat, ne amplius contra se bella gerant: qui non ita multo post pacis foederarumpentes, Eduardum capere arma & obsidere Parisos impellit. Parare & classem contra hostes Christiani nominis Innocentius constituerat, cum & Pisani qui rem nauaticam optime norant, cum Florentinis, & Veneti qui classe plurimum ualebant cum Lodouico Vngariae rege bella tum gererent. Taruisium enim rex magnis copijs tum obsidebat; nec seditionibus intestinis Veneti carebant. Nam Marinus dux affectata tyrannidis conuictus securi percutitur. In tantis uero animi perturbationibus afflictatus Innocentius, pontificatus sui anno nono, mense octauo, die sexto moritur: eo potissimum tempore, quo & Bartholus Saxoferratus uir illa aetate omnium consultissimus. Ante uero pontificis mortem tanta solis defectio facta est, quanta nunquam antea. Visum itaque omnibus est tanta mortis planetas etiam signa aliqua dedisse.


V R B A N V S . V .

VRbanus quintus, praesidia Lemonicensis, Guilielmus Grisanti antea uocatus, sancti Victoris Massiliensis abbas, absens etiam omnium consensu pontifex creatur. Legatione enim tum apud uicecomites in Italia fungebat. Vocatus itaque Auenionem pontificatum iniens, uir singularis uirtutis, ingentis animi, innocentissimaeque uirtutis, statim ad tuendam libertatem ecclesiasticam animum adijcit; eorumque opera utitur, qui ad eam rem animati erant. Aegidium enim Hispanum uirum praestantem (de quo antea diximus) in Italiam cum summa potestate mittit; ita Lodouicij Gonzagae, Nicolaum Estensem, Franciscum Carrarium in initis foederibus in Bernaboue cocitauit, ut praelio ab his superatus, & saucius aegre aufugerit, amisso in bello filio captisque Andrea Pepu

Bartholus Saxoferratus.

CCVII pontif.

f ij



lo Bononiensi exule, Synebaldo Ordelapho, Paulo Mirandula, Guidone Foliario, Azone Corrigiensi, Guiljelmo Caualcaboue egregijs copiarum suarum ducibus, Permori autem calamitate uicecomitum Francia, Angliæ, ac Cypri reges, legatos ad Aegidij miserè orati, ut uicecomitibus pacem redderet. non discessere re infecta legati. Reddita siquidem pax est, quæ non diuturna fuit. Iohannes enim Haucur uicecomitibus militans, cum Florétinos bello lacerasset, eorum copias apud Miniata oppidū grauius perfligauit. Hanc ob rem Aegidius legatus Thomam Obicionem egregium copiarum ducem cum tribus milibus equitum, & satis magno peditatu Florentinis auxilio mittit. Pugnatum est inter Aretij & Cortonam dubio Marte quatuor horis; atq; demū Thomas ita hostes superat adnitente peditatu, ut ex sex milibus equitū q̄ cum Anglico militabat pauci euaserint; atq; ipse dux in deditōe uenerit. Huius autē tantæ uictoriæ fama per motū, q̄ ab ecclesia defecerant statim deditōe fecere. At uero cum Vrbanus ad quartū sui pontificatus annū in Italiā uenisset cōponendarum reꝝ causā, ei legatus Aegidius Corneti fit obuiam, rōnemq; administratā prouinciæ reddens, dum Corneto Romā proficiscitur, liberatus tantæ legationis onere, q̄cturus ob senium Viterbium redijt: ubi & tertio mense post moritur: uir certe singularis uirtutis, p̄stantisq; animi; quicq; dignitatē ecclesiasticā, dū uixit mirifice tutatus est. Eius autem corpus Assisium delatum in ecclesia beati Francisci tumulatur, sepulchro à se condito dum uiueret. At uero cum Carolus imperator intellexisset Vrbanum Romā profectum, eō & ipse quoq; cū uxore & liberis statim aduolans, in itinere Lucam Pisani, Miniata oppidum Florentinis admittit, sibiq; uendicat. Profectus ne sit Romam haud satis constat, cū ab Innocentio sexto p̄fite Romano coronam imperij accepisse dicatur, cardinali Hostiensi Romā ob eam rē misso. Accepta autē à Florentinis ingenti pecunia, ne eos bello uexaret, tertio mense postea uenerat Italia cessit, anno. MCCCCLXVIII. Vrbanus uero apostolorum capita diu quæsitā tandem inuenit; defierant enim in honore esse propter defuētudinē & ignoratōnem hominum. Apud uero sanctasāctorum reperta, ac locellis argenteis recōdita ad altare maius basilicæ Lateranensis cum maxima ueneratione & celebritate collocatū, astante clero populōq; Romano. Idē quoq; pontifex ædes pontificias tum in urbe ueteri, tum in Montefalcone construxit: ut ei ac cæteris pontificibus eō proficisci liceret, ut randi Vrbanū æstus causā. Breui autem in Galliam reuersurus, Iohānem Haucur egregium copiarum ducē ē carcere missum, copijs illis omnibus præfecit, quæ antea sub Aegidij militauerant, ut tādū ditionē ecclesiasticā ab hoste tueret, q̄ad ipse reuerteretur. Redire namq; ad Italiā ei in animo fuit. Verum dum in Gallias proficiscitur, pontificatus sui anno octauo, mense quarto Massiliæ moritur: uel (ut alij uolunt) Auenione uitam finiuit, eo maxime tpe quo Brigida deuotissima Christi mulier Suetiæ princeps Romā uoti causā uenerat: motusq; nōnulli in Apulia exorti sunt, mortuo Nicolao Acciolo, eiusdem prouinciæ gubernatore, uiro strenuo ac in rebus agendis sapientissimo.

GREGORIVS .XII.

CCVIII. p̄ti.

Gregorius undecimus, patria Lemonicensis, Petrus Belfortis antea uocatus, sancta Mariæ nouæ diaconus cardinalis, Auenione pontifex omnium consensus creatur. Hunc enim adolescentem uix decimum septimum annum attingentem, Clemens sextus eius patruus cardinalem creauit; & ne uideretur carni ac sanguini magis quam ecclesiæ consuluisse, eūdem ad exquisitissimos doctores, maxime uero ad Baldum, qui tum Perusij legebat disciplinæ gratia statim misit: ubi tātum in quouis genere doctrinæ profecit, ut idē Baldus eius auctoritate in confirmandis rebus dubijs plerumq; uteretur. Fuit præterea tantæ innocentia & placabilitatis; adeoq; humanus & pius, ut ab omnibus uicē diligeretur. Eo itaq; tempore quo pontificatus iniijt, Romæ senator singulo semestri à pontifice datus ius populo dicebat. Urbis autem custodiā totamq; reipublicā administrationē & curā Banderesij tū gerebant. Banderesij enim appellati sunt germanico uerbo à uexillis, quibus in bello utebantur. Singulæ enim decurriæ signo internoscebantur suo, capita regionū nunc uocantur qui urbis tribus præ-

sunt. In Cisalpina autem principes illi (quos diximus in uicecomites confurasse) Rhegium à uicecomitibus possessum prodicione occupat. Superat arx, per quam Bernabos urbem ingressus, hostes primo impetu fundit, Rhegiumq; libere recipit, Lucio theotico duce inde deturbato. Agebantur hæc in Italia, cum Perinus Cypri rex Petro genitorum in regnū susceptus, magnarum discordiarū int̄ Genuenses & Venetos causa fuit. Nā dum Famagusta coronationis suæ pompam duceret, adesseq; Genuensis & Venetus baiulus (ita enim appellat̄ mercatorum prætores) uelletq; utriq; ad dextram regis incedere, tantus repente tumultus exortus est, ut Genuenses cæsi ac pulsi per ignominiam sint, rege in Venetos magis quam in Genuenses inclinante. Hanc ob rem Genuenses Petri Fregosi auspicijs, Dominici Fregosi ducis fratris comparata quadraginta trirēmium classe, Cyprum hostili animo inuadit, quatuordecim milibus hominum in insulam positis; qui omnia ferro ac flamma uastarent ob uiolatum ius gentium, Rex uero ab omni bus auxilio destitutus, ad misericordiam confugiens dedita Famagusta, quadraginta milia nummū auri quorannis Genuensibus pollicetur, si pacem reddiderint. At uero cū legatus pontificis in Italiā uenisset, resq; ecclesiasticas recenseret, inita cum uicecomitibus pace, initium perturbandi omnia à parentibus ortum est. Hi enim uindicare se in libertatem à populo Florentino querentes, exercitum ecclesiæ permittente legato in Hetruriam uocant; quem ita Florentinus populus pecunia corrupit, ut eorum auxilio Pratiū ingressus, & coniurationis capita ultimo supplicio affecerit, & multa uexilla libertatis, literas & nomen præferentia pluribus cohortibus distributa, ad oppida transfuderint: populos ut dominos cohortantes, ut libertatis ecclesiæ memores iugū resicerēt. Primi autē Tiphernates (quos Castellanos uocant) ab ecclesiā desituere: hos deinceps Perusini, Tudertini, Spoletini, Eugubini, Viterbieneses, Foroliuenses, Afulani secuti sunt. Occupauerat tum etiā Astorgius Manfredus sub Bauaro tyrannidis dulcedine gustata Granariolum agri Fauentini castellum; ad quem opprimendum ē Bononia legatus Iohannem Haucur cum aliquot cohortibus mittit. Tutati sunt Astorgij Florētini & Bononienses: qui excluso Haucur cū omni præsidio in libertatē se uindicauerāt. Haucur uero cernens Fauentinos ad rebellionem spectare, et ciuitatē crudeliter diripiuit cæsis passim omnibus, quos obuios miles habuit; & solum urbis uiginti milibus nummū auri Nicolao & Alberto Estensis fratribus uendidit, occupato Bagnacuallo: ubi impedita exercitus sui ad tēpus reposuit. Tum uero pontifex cognita tantæ reꝝ p̄munitiōe, cardinalē Gebēnensem legatū cū sex milibus eq̄tum Britonū in Italiā mittit, q̄ p̄ Taurinos descendentes sine ullo maleficio usq; ad Bononiæ portas puenere, urbē obfessuri. Sed legatus cognito Florentinorū aduētū, q̄ Rodolpho Varraneo duce Bononiensibus suppetias ferebant, cū copijs suis Cesennā hyematū concessit; in qua urbe ita tumultuatus est ob sup̄biam Galloꝝ, ut sexcenti Britones interfecti sint, reliq; urbe eieci. Qui postea per arcē ingressi, aucti numero, cædibus & rapinis omnia cōpleuerunt; neq; qui de p̄entes, quorū aras suppliciter ueniam petijt; solæ uirgines & iuniores matronæ ad iniuriam referuatæ sunt. Foroliuenses autem ueriti ne à legato inopia consilij & gubernatoris opprimerentur, Synebaldum, Pynum, Iohannē, Theobaldū, Ordelaphos dominos in urbē recipiunt, quorū uirtute ab impetu Britonū defensi constantissime sunt. Existimans autē Gregorius pontifex hæc omnia mala, quæ in Italia committebant, sua absentia fieri, naufragiūq; tā diuturnū absente gubernatore cōmitti, de profectiōe sua ad Italiā uir bonus diu multiq; cogitare cœpit: sed hominem p̄maxime mouere cuiusdā ep̄i uerba, q̄ interrogatus à pontifice, dū simul inambularent, cur nō rediret ad ecclesiā suā, quā haud par erat tādū sine pastore nudā relinq; Cur (inqt) tu summe pontifex cæteris exemplum daturus tuū ep̄atum non repetis, ecclesiāq; Romanā? Motus his uerbis pontifex paratisq; in Rhodano una & uiginti trirēmibus alio se iturū simulans, ne à Gallis retineret, si se profecturū ad urbē intellexissent: ipsam nāq; curiā emolumentū causa in Gallia uolebat. Genuā itaq; primo, inde Cornetū contendit; unde terrestri itinere nauigatiōe præfatus, hyeme p̄fertim, Romā puenit anno dñi MCCCCLXXVI, idibus ianuarijs, p̄

rificatus sui septimo: migrationis uero Romanae curiae in Gallias anno septuagesimo. Quo autem apparatu, quamque incredibili populi Romani laetitia susceptus in urbe sit, honorato quoque obuia prodeunte non attinet dicere, cum uultu, gestu, acclamationibus omnem laetitia speciem effuderint, ut filij solent redeunte peregre exoptato parente. Indigebant omnia aduentu pontificis. Nam & moenia & basilica & publica ac priuata aedificia ubique ruina minabantur, quae certe magna ex parte restituit, ut turris suo iussu adificata ad sanctam Mariam maiorem indicat. Labefacti etiam ita ciuitatis mores erant, ut nihil urbanitatis habere uideretur: utque illi mores aliunde petendi essent, quae totum orbem terrarum quondam ad urbanitatem redegerat. Collocata itaque in urbe sede sua pontifex (ut bonum pastorem decet) omnia circumspicere coepit, de medelaeque uulneribus inferenda cogitare: pax igitur qua sanari nondum obducta uulnera poterat, sibi diu multumque cogitanti oblata est. Legarum itaque primo ad Florentinos mittit, qui ad arma spectabant, eosque adhortatur, ut aequas pacis condiciones non detrecent. Hi uero pontificis potentiam suspectam habentes, ne ad pacem coegerentur, cum Bernaboue hoste paterno auitoque foedus & amicitiam ineunt. Postea uero Iohannem Haucut pecunia & pollicitationibus corruptum, ab ecclesia in partes suas trahunt, quo successu elati nullum iniuria contumeliaque genus praetermittunt, quod in pontificem transferri posset: quae ex re anathemate notati, hac insolentia usi sunt, ut etiam sacerdotes suos quibus a sacris interdictionum erat, celebrare contra ius fasque coegerint. Tum uero pontifex a precibus ad arma conuersus, conciliatis prius Bononiensibus, qui suo nomine urbem gubernarent, Varenanum mercede conduxit: hac in re Florentinorum artibus usus: cuique exercitum ecclesiae committit, paulo post in Florentinos moturo. Id ne ut destinauerat statim faceret, discordia inter Genueses & Venetos orta effecit. Veritus enim est ne aliqua externa uis Italiam inuaderet, si ipse quoque cum Florentinis decertaret. Nam dum Andronicus Genuesium auxilio fretus, quibus Tenedon insulam mercedem facinoris permiserat, patrem Caroli Iohannem Constantinopolitanum imperatorem regno deturbasset, Veneti eundem in patriam reducerunt, ac Tenedon insulam ab eo acceperunt. Quae ex re indignati Genueses, in aliud tempus uindictam distulere, ueriti pontificis anathema, qui utriusque populo interminabatur, nisi ab armis discederent, cum diceret neutri eorum bellum illud competere. Sed dum uir sanctus accurate agit omnia, quae ad pontificem pertinent, intolerabili uellicae dolore moris, sui pontificatus anno septimo, mense quinto, quinto calendas aprilis, millesimo trecentesimo septuagesimo octauo: sepelitusque in basilica beatae Mariae in uia noua sepulchro marmoreo, quod adhuc uisitur tanto omnium cum gemitu & lachrymis, quanto nunquam antea quisquam sepultus est: parente enim & unico genitore priuati omnes uidebantur: Lugebantque non modo praesentem, uerum etiam futuram calamitatem, in quam sublato optimo pontifice ob patrum discordiam incidere.

VRBANVS .VI.

Mortuo itaque Gregorio cum de creando nouo pontifice mentio haberet, clerus populisque Romanus ad cardinales concurrunt, eosque rogant, ut unum aliquem uirum praestantem deligant natione Italica, qui & ecclesiam Romanam & Christianam rempublicam integre ac sancte gubernet: aliter de Christiano nomine illo maxime tempore actum esse, nisi optimus pastor tum deligeret. Italiam autem requirere bant, ne si Gallus deligeretur, Romanae curiae iterum migrare ultra montes necesse esset, cum maximo urbis Romae totiusque Italiae detrimento & damno, qui dicerent absente pontifice omnem puincia urbemque Romae tyrannicis seditionibus continuo uexari, ecclesiasque Romanas neglectas & incultas situ, squalore iam magna ex parte prolabi: tollique ob eam re populorum pietatem Romam continue proficiscentium, cum uideant & sedem pontificiam, & titulos cardinalium & monasteria, ac sacratissima martyrum loca sine tecto, corruentibus iam parietibus, pecoribus & brutis animalibus patere: quasi esse ut eo loci pontifex residat, ubi Petrus sedem pontificiam, relicta patria sua, relicta natione uolente deo collocauerit: auxeritque martyrum, confessorum, sanctissimorum pontificum cineribus ac san-

guine unde pastores ecclesiae undequaque circumspicientes mandatorum Christi memoris incitatisque maiorum exemplis, quorum martyria & res gestas ante oculos haberent, salutem hominum consulere: patrimoniumque beati Petri recuperarent, quod pontificum absentia in Hetruria, in Sabinis, in Hernicis, in Umbris, in Piceno, in Flammia a tyrannibus quibusdam occupatum fuerat. Reticere se impraesentiarum quae imminuta sit hominum pietas & peregrinatio ad urbem Romam, imo ad sanctorum corpora & reliquias uisendas ob pontificum absentiam, quae adhuc redintegrari posset si pontifex Italicus crearetur. Responderunt cardinales, sibi curae fore, ut uirum optimum deligerent, qui ecclesiae dei praesesset, nulla personarum aut nationum acceptione habita, ad imitationem saluatoris, qui ad apostolatuum uiros ex omni natione delegit: irent ipsi & bono animo essent, arbitrenturque se nil acturos, quod non totum ad honorem dei, ad utilitatem ecclesiae Romanae, totiusque Christiani populi pertineret. Disposito deinde apud sanctum Petrum conclauis, collocatisque in Vaticano militum stationibus, ne tumultu aliquo tanta electio impediretur: ubi de inuendis suffragiis mentionem faciunt, magna contentio uel subito exorta est. Tredecim erant cardinales Gallici: hi pontificem e suo corpore uolebant, quatuor erant Italici: quorum unus ex gente urfina ad pontificatum maxime aspirabat. Inclinate autem in Gallos, quippe qui plures erant, res ipsa: sed forte fortuna inter Lemonenses & reliquos Gallos orta discordia, cum utraque pars e suis aliquem creari uellet, effecit ut Bartholomaeum Barensem archiepiscopi patria Neapolitanum: uel ut alibi legitur, Pisanum, extra collegium cardinalium pontificem crearet, absentem quibus, Urbanumque sextum appellarent. Prius tamen quam in publicum prodirent, scitumque sit Urbanum pontificem creatum esse, calumniari Gallic electionem illam fraudibus & metu extortam, instantibus Romanis ut & armis, ut Italus aliquis crearetur. Cardinales autem e conclauis prodeuntes, partim in Hadriani molem, partim uero ad montana loca confugere, impetum populi furentis uitaturi. Secessit & ad Vicouarum cardinalis urfinus, in tanta discordia magna spem consequendi pontificatus collocans. Verum non ita multo post cardinales penitentia ducti ad urbem uenere, Urbanumque ante electum confirmarunt, consalutaruntque, ut uerum pontificem decebat. Post mensem uero tertium in calores Urbanos Gallicumque reuocant a pontifice petunt, ut sibi pontifici Anagninam cum bona eius uenia liceat aere mutaturi pestilentem, aestate praesertim: maxime uero Gallis: sed reuera seueritate Urbani ueritatem abire. Nam semel atque iterum eos ad se uocatos admonuit, ut manus abstinentes haberent, non dona aliqua, non munera acciperent, dum causas agunt, dum patrocinium suum beneficia petenti praestant. Interminatusque est se acerrime puniendum in simonia deprehensos, aut iniustas causas fouentes. Praeterea uero ostendit sibi placere, & ita uelle ut pompa dimitterent, tantamque familiarium turbam & equorum, cum id quod in tales sumptus consumerent, ecclesiae Romanae perniciosos, pauperibus & restituentibus corruentibus basilicis deberet: se deinceps bonorum delectum habiturum dicebat affirmans, malos suorum flagitiorum poenas lauros, nisi sententiam mutarent. Et quia sentiebat cardinales Gallicos de reditu curiae Romanae in prouinciam suam aliquando mentionem facere, aperte ostendit se Romanam mansurum: neque cuiquam suadenti ut inde abiret obtempaturum, quod diceret fundamentum uniuersalis ecclesiae fideique Christianae, Romae iactum & auctum ad culmen esse. His itaque rationibus moti cardinales Gallici, & hi maxime qui thesauros ecclesiae in morte pontificum expilauerant: quique pro arbitrio animi sui omnia prius agebant, Anagninam primo, mox Fundos confugere: ubi primo in Urbanum (ut falsum pontificem) inuicti sunt: quod dicebant hominem ui creatum, ui etiam coronam pontificatus accepisse, cum electio illa & coronatio in loco minime tuto sit habita, in qua liberae deberent esse hominum uoluntates, libera suffragia, cum contra ipsi a populo Romano coacti sint Italicum potius quam Gallicum eligere. Has autem ob causas sede uacante, ut ipsi dicebant (octo namque erant) Iohanna regina fauente, Gebennensem cardinalem, qui ante legatus in Italia fuerat, pontificem deligunt: cuius Clementi septimo indita appellatio est. Hinc magna discordia in ecclesia dei orta, & diuturna, quam schisma uocant, cum pars Christianorum principum Urbano,

pars Gebennesi faueret. Neq; hoc modo contenti seditiosi cardinales, Britones qui multa ecclesie castella, multas urbis uillas iam diripuerant, arcesq; occupauerant, in pontifice & Romanos mittunt. Ad pontem Salarum Romanus populus hosti incomposito agmine obuiam factus, superatur & caeditur. Verum cum postea apud Marinum pugna magna animorum concitatioe inisset, adeo Britones cadunt, ut uix nuncijs tanta cladis superfuisset. Qui in arcibus erant, se aliquodiu ac suos tutati sunt; maxime uero arcis Sorianae praefectus, qui post multos annos Martino pontifici deditioe fecit. Interim uero Genuenses odium quod in Venetos mente conceperant, ostendunt, ascito in societatem belli Lodouico Vngariae rege, Francisco Carrariensi Patauino domino, Austriae duce, patriarcha Aquileiensi, Sentiebant tum cum Venetis Perinus Lusignaneus Cypri rex, & Bernabos uicecomes. In primo autem congressu nauali praelio superiores Veneti fuerunt in littore Antiatum uictore Pisano classis praefecto. Ex decem namq; Genuensium triremibus quinque amissa sunt. Tum uero marchiones Carreti adiuuante Bernaboue, Albingaunium (quod nunc Arbingum uocant) Naulum & castrum Francum de Genuensibus occupant. Verum non ita diu in gratiam cum Genuensibus redeunt, omnia reddidit. Genuenses praeterea coepto in carcerem Dominico Fregoso duce, eiusq; fratre Petro, & Nicolaum Gualchum ducatum, & Lucianum Auriam classis maritimae praeficiunt. Bernabos uero qui filiam regi Cyprio in matrimonium collocauerat, eam cum duo decim triremibus, sex Catelanis, & totide Venetis honorifice ad maritum in Cyprium misit; quibus triremibus Perinus deinceps terra marique Famagustam oppugnat, sed frustra, acriter qui in praesidio erant urbem defendentibus; disiectaq; etiam uentis & pelliculis classe. Non cessabant hinc Veneti, hinc Genuenses maria ipsa tum inferum, tum superum uexare. Nam dum Carolus Zenus classis Venetae praefectus, tyrhenum mare Genuensibus infestum reddit, Lucianus Auria adriaticum cum magno Venetorum detrimento discurrat, ab ladera, ubi stationes habebat, in Venetos moues. ladera namq; regis Vngariae erat. Ob hac autem iniuria commoti Veneti, cum allicere ad certamen Lucianum non possent, Cataxii & Sibinicum ipsius regis oppida incendunt. Interim uero mortuo Galeatio uicecomite anno domini millesimo trecentesimo septuagesimo nono, tota fere Insubria ad Bernabos uel inclinatura uidebat; qua ex re maxima uoluptate cepe Veneti, sed frustra. Nam & dimidia pars regionis primo, deinde tota Iohanni Galeatio nepoti obtigit. Lucianus autem Genuensium praefectus, Pola mouens classem Venetorum in portu ipso supat & capit. Vexat diu in caute nimium in hoste fugientem ruit, lancea traifixus moritur. Vtraque classis & uictoria ladera producit; quo statim Genuenses Petri Auria in demortui fratris locum missi re cum triremibus noue, alijsq; nauigijs copulibus; quae uictoriae fratris recensens, ad duo milia captiuorum inuenit; deprehenditq; multos in plio & in undis perisse. Oppugnabant & terra Veneti a Carrariensi eiusq; locis, quos antea commemorauimus, quibus Veneti Albrici Bianchi Cunij comite egregijs copijs ducem opposuere. At Petrus Auria Genuensium praefectus sexaginta triremibus, totidemq; nauigijs coparata classe Venetias contedens, Gradum, Comaclum, Caprulas uel captas incendit. Inde uero Clugiam moues, a praesidio Veneto aliquodiu egregie defensam, tandem eam uel capit, Patauino tyranno commeatu subministrante. Cecidisse ea oppugnatione ad sex milia hominum constat, & ad nonaginta & quinquaginta ex Venetis captos, laderamq; missos; muliebri tamen pudicitiae in tanta clade ignota est. Fracti autem tanta calamitate Veneti, cum nec terra nec mari auxilia sperarent, captiuus Genuensium est carcere liberatis, eisq; Clugiam ad praefectum Genuensium impetranda uenia causa missis, pacem petiuere, eas accepturi leges quas uictori imposuisset. Genuenses uero superbia elati, ut uictores facere cõsueuerunt, Venetos reſciunt, nisi se ac sua omnia dedentes; quae tuendam patriam cõuerſi, deductis ante portus fauces catenis ferreis, dispositisq; in littore portus trecentis equibus, totidemq; pedibus ad unum aliquem ex ciuibus suis respiciunt, quem bello praeficerent. At uero dum fluctuaret in tanta perturbatione, quem potissimum deligerent, incerto autore uox audita est, unicuique uictore Pisano, qui Genuenses optime nosset idoneum esse, qui tanta rei praeficeretur. Non est audita temere ea uox, qua

auspicato emissa. Ad carcerem concurrunt omnes; eum deductus fuerat ob rem male ad Polam gesta; eductumq; bello maritimo solus praeficiunt. Instabant Genuenses & captis circūquaque castellis, ingredi urbem parabant; quos post longam pugnam Iohannes Barbadius armatis lembis quibusdam perfacile repulit, cum progredi ulterius in aestuarijs illis tritremes Genuensium non possent. Hac etiam arte Barbadius usus est, inuenta tum primū a quodam Theutonico bombardam fuit, a sono & tonitru sic dicta; nulla erat scapha Venetorum, nullus lembus, qui non duas bombardas & eo amplius haberet; quibus multi Genuenses, ut a re insolita, nec ad praecauendum scita opprimebantur. Singulae enim bombardae uno ictu binos ternos uel plerūq; necabant, cum praesertim in tritremibus declinare ictus, ut in terra non liceat. Adhortabantur autem Veneti Bernabouē uicecomitem sociū & amicū ita Genuenses bello premere, ut obsidione tam graui liberarent; ita enim comeatibus carebant. De Venetis tamen quidē actū fuisse, si (ut Carrariensis admonebat) Genuenses cauescent, ne comeatibus mari Venetis importari possent. Bernabos autem Venetis aliqua ex parte satisfactus, exercitū suum in Genuenses mittit, qui uallē Pulcepherae deprædatus, accessitq; decem et nouē milibus nummū auri, omnis Genuensibus auro cū Bernaboue non ferro decerneretibus, onustus praeda in Insubria rediit. Non est usus ea felicitate Astorgi? Fauentin?, eo cū equitatu a Bernaboue missus. Vrbi enim appropinquans ab erumpente populo Genuensium fundit fugaturq; aegre quidē Astorgius euasit rustico cucullo indutus. At Caliohanes imperator Gracorum cū Venetis sentiens, Perā Genuensium Constantinopolim uicinā oppugnare adorif. Videbat enim Genuenses pluribus bellis, & quidē grauissimis implicatos, sed Andronicus eius filius patri ac Veneto aequae hostis Thurcorum Bulgarorumq; praesidijs & societate fretus, eam acerrime defendit; eorumq; terroris patre deduxit, ut in partes Genuensium statim transiret. Interim uero Vrbanus non intentus componenda pacē inter Christianos, ut par erat, sed iniurias a Iohanna regina acceptas ulcisci cupiens, Lodouicum Vngariae regē impulit, ut Andream fratris mortē se adiuuante ulcisceret; quae Caroli filium in Taruisinis contra Venetos dimicantē in Iohannā concitans, res Venetorum prope afflictas melius sculas fecit. Superuenit & Carolus Zenus Venetus uir bello nauali egregius, qui depressis duabus onerarijs nauibus ante portū Clugiensem, eo necessitatis Genuenses perduxit, cum educere naues suas non possent, clausis reliquis ostijs, ut ipsi obsidentes quae obsessi maiore rerum omnium penuria laborarent. Sed nihil aequae Genuenses affixit quae Petri Auria mors ictu bombardae interfecti, dum munimenta Clugiae acriter defendit. In cuius locum Matthaeus Russus statim suffectus, dum Clugiam peteret cū nouis tritremibus apud Manfredoniam Thaddaeum Iustinianum cū sex tritremibus annona onustus cepit. His uero claudibus motus Agapet? cardinalis Columna & Genuenses & Venetos saepe ac frustra ad pacem adhortatus est. Sed hi de uita & sanguine, non de impio inter se dimicantes, sanis bene admonentium consilijs nusquam obtulerunt. Postremo itaque Genuenses Clugiae obsessi cum erumperent non possent premente Veneto, haberē uel commeatibus nequirent, a Matthaeo Russo Patauinoq; domino, qui id se facturos breui pollicebant, deditioem fecere calendis Iulij, millesimo trecentesimo octogesimo. Capti autem sunt ea deditioe ex hostibus ad quatuor milia trecenti & quadraginta. Plures autem fame & ferro in ipsa oppugnatione perisse constat. Non quieuerunt tamen tanta accepta clade Genuenses, qui cum tritremibus octo & triginta Tergestinos deficere a Venetis ad patriarcham Aquileiensem compulserunt. Cepe & Iustinopolim, excepta duntaxat arce. Aucta deinde classe Venetias iterum contedunt; sed cum nemo ad certamen praediret, in Istriam redeunt Polam urbem uel captam incendunt. Multae utrinque caedes inuicem acceptae, dataeque sunt. Veneti tamen bello terrestri a Carrario opprimebantur, licet Iacobus Caballus egregius copiis dux eos acerrime tutaretur, dum Taruisium oppugnaret, quod fame in hostium potestate ferē uenerat. Verum cum fessus & defatigatus iam uterque populus tam diutino & atroci bello esset, dux Sabaudiae pacem inter eos hac formula componit octauo calendis septembris, millesimo trecentesimo octogesimo primo, ut regi Vngariae decimo quoque anno Veneti septem milia nummū aureorum persoluerent, si nullum piratam in suis Dalmatiae locis tutum esse

Bombardae
us primus.

pateretur; siq; nullibi salē fieri sineret; utq; patriarchæ Aquileiensis in Foro iulio eadē ma-
neret cōditio, quæ ante bellum fuerat. Venetis autē & Genuēsisbus imperatum, ut capti-
uos alterutrū incolumes dimitterent, de p̄da utriusq; capta nulla mentio. Mandatum Pa-
trauino, ut ab obsidione Taruisij recederet; utq; arces & turres in stagnis & ad fluuiorum
ostia excitatas statim demoliret, termini inter Venetū & Patavinum positi. Interea ue-
ro Carol' quē diximus à p̄fice ex Vngaria contra Iohannam accitū, cū octo milibus
equitū in Italiā ueniēs, Aretium primo in potestātē suam redegit, Guelphorū & Gibel-
linorū seditionibus diu agitatū. Inde uero in Florētinos mouēs, à Iohanne Haucut qui
tum Stagiæ erat propellitur. Sed Florētini ueriti ne sustinere tanti regis impetum non
possent, pacē à rege datis quadraginta milibus nummū auri redimunt; Haucutq; sine
stipēdio dimitunt, qui Bagnacauallum Nicolao Albertoq; Estensibus uendidit, quo fa-
cilius retinere Fauentiā in potestate sua possent; quam tamē haud ita multo post amissa-
re, Astorgio Manfredō eam quidem p̄ditione adeptō. Carolus uero salutato Romæ: Vr-
bano regnū ingressus, superatis etiā Iohannæ ducibus Neapolim dedentibus ciuibus
capit. Obsidebatur in castello nouo regina, cum Aretini Guelphū tumultu excitato, Ia-
cobū Carazolū Neapolitanū ciuem eō à rege missū, fugere in arcē compellunt. Con-
fugere eō & Gibellini; qbus certe uir æquus nō magis q̄ Guelphis cōsulebat. Volebat
em̄ oīa pari iure in ciuitate agi. Accito itaq; ob acceptā iniuriā Albrico Barbiano è Tu-
dertinorum finib' urbē ingressus, dū Guelphos ad officiū redigere conatur, Gibellino-
rum quoq; bona diripit. Ferrabac autē alter copiarum dux Albricum secutus, quod reli-
quum sup̄fuerat in Aretio abrafit. Dū hæc ad Neapolim & Aretium agerent, noua bel-
li nubes Italiā innumbrauit. Nam Lodouicus Andegauensis à regibus Francorum ori-
ginem ducēs, Italiā ingressus, cū triginta milibus equitum non longe à Bononiā cō-
federat, à Clemente anti-papa impulsus; non tā ut reginam Iohannam obsessam libera-
ret, q̄ ut Vrbanum armis pontificatu deiceret. Hanc ob rem Carolus omisso Aretio,
Albricum & Ferrabac ad se uocat. Florentini quoq; Iohannam Haucut rogatu Vrbanū
ad Carolum miserē. Lodouicus autē p̄ Marfos iter faciens ad Cassinēsem saltum iam p̄-
uenerat, Adhuc enim ad duodecim milia equitum expectabat; qui Italiā ingressi du-
ce Andegrano, per Placentinum, Lucensem, Florentinum, Senensem agrum iter facien-
tes, Aretiū iam puenerant; urbēq; à Guelphis introducti, post illatam ab Albrico cladē
diripere, Defendebatur arx Guelphorum p̄sidio, quæ dieb' quadraginta oppugnata,
in Galloz potestatem propediem uētura erat, nisi Lodouici Andegauensis mors inter-
uenisset. Tū Andegranius re cognita hortantib' Aretinis in arce obsessis, urbē Florenti-
nis uēdidit, in Galliasq; redijt. Andegauenses autē milites morte ducis cōsilio carētes, bi-
ni terniue mendicātes, etiā in patriā rediere. Tū uero Vrban' terrore Gallico libera-
tus, Neapolim se conferēs, à rege petit, ut sibi liceat creare nepotē suū Campanū princē
pē: quod cū impetrare nequiuisset, hō sub specie iusti & honesti minus urban' ac nul-
li grat' ad minas cōuersus, eo iracundiæ regē cōpulit, ut custodijs adhibitis p̄ aliquot die-
es prodire in publicū nequiuisset. Verum dissimulata ad tēpus iniuria, Nuceriā ad uitā
dos ætus (ut ipse dicebat) cū bona regis uenia p̄fectus; cōmunitaq; firmis p̄sidijs urbe,
& nouos cardinales creat, & septē ex ueterib' in carcerē cōijcit, q̄ diceret eos cū rege &
anti-papa contra se coniurasse. Præterea uero & p̄cessum (ut istoz more loquar) contra
regē inchoauit, missa de more citatiōe; q̄ breui se uēturū Nuceriā respōdit: diluiturūq;
obiecta crimina, nō uerbis modo, uerum etiam armis. Nuceriā itaq; cū satis magno exer-
citu ueniens, urbem obsidet. Motus autem hac indignitate Raymundus Balcianus è gē-
te urfina, comitis Nolani filius, qui postea Tarētinus princeps est habitus, suis copijs tre-
tus, quas sub rege ductauerat, Vrbanum cum tota curiā ad proximum litus deductum,
Genuensium triremibus ad id instructis paratisq; impouit. Quib' dū Genuam ponti-
fex deseritur, ex septē cardinalibus Nuceriæ captis, quinq; faccis inuolutos in mare de-
merfit. At uero mortuo Lodouico Vngariæ rege, proceres Vngari Carolū statim p̄ lega-
tos accersunt; qui eō profectus dum conuentum ad res componendas celebrat, curante

regina quæ odium dissimulauerat obruncaf, anno millesimotrecetesimooctogesimo
quinto, quo tēpore Iohannes Galeatius Bernabouem uicecomitē, cui erat ex fratre Ga-
leatio nepos, captū in carcerē Modoetiæ cōijcit, ac coniectū usq; ad mortē detinet, eiusq;
ditione potitur. Prius enim dū patrimoniū diuidunt, Papiā, Verzellā, Nouariā, Dertō-
na, Alexandria, & cætera ad Apenninum alpesq; p̄tinentiā Galeatio; Placētia uero, Cre-
mona, Parma, Lada, Brixia, & Bergomum Bernaboui forte obtigerant. Mediolanum
autem utriq; cōmune erat. At Vrban' circūfacto anno, quo se Genuam cōtulerat, intelli-
gens ecclesiasticas ciuitates à Florentinis ad libertatē (ut antea) incitari, Lucam primo,
mox Senas & Perusum peruenit. Confirmatis deinde aduētū suo ciuitatibus, desiderio
(ut ipse dicebat) uidēdi Neapolim, Ferentinū usq; proficiscitur; ea mēte reuera, ut Lad-
slauum admodum puerum, & Iohannē Caroli filios hæreditate paterna deturbaret, Mul-
ti em̄ p̄ceres Lodouico Andegauensi studere soliti, potiūdi regni sp̄e ei p̄stabant, sed ma-
gna uī fide Caietani, pueris in uita retentis, regnū quoq; cū summa laude seruauerūt.
Pontifex itaq; re infecta Romam rediēs, cum magno apparatu honorēq; plusq; dici po-
test à populo Romano in urbē suscipitur: licet haud ita multo post à Banderensijs infidias
perpessus sit, quas certe omnino deuitauit & sustulit, creatis una die nouē & uiginti car-
dinalibus; quorū de numero Romani tres sunt habiti. Reliqui uero fere oēs Neapolita-
ni fuere. Interea uero Antoni' Scala Veronēsis, & Fraciscus senior patavin' dñs grauiss-
simo inter se bello cōtendere, Iohāne Vbaldino Carrarij; & Iohāne Ordelaphi Scalige-
ri copias ducētibus. Vez; Galeatius uicecomes instigāte Carrario superatis Scaligeris,
Verona Vincētiāq; potif. Neq; hoc qdem cōtentus Galeati' paucorū mensū obsidione
Patauū capit, ac Franciscū Carrarium in carcerē modoetianum cōijcit. Eius uero fi-
lius Franciscus iunior fuga salutem sibi quæsiuit. Florentini quoq; augendæ ditionis cu-
pidi, Politianum, Lucinianum oppida ex ueteri Senēsum dominatu arte magis q̄ uirib'
in potestatem suā redegere. Præterea uero Carolū Bernabouis filium & Antoniū Sca-
lam cū quinq; milibus equitū in agrū Senensem hostili animo immittunt. Hanc ob rem
Galeatius motus legatos ad Florentinos mittit, qui suo nomine conquerantur Carolum
uicecomitem, & Antonium Scalam hostes suos à populo Florentino, quo cum ipse pacē
antea inierat & fœdus, mercede conductos esse, uexariq; ab eis bello Senenses amicos &
socios contra ius fasq;. Legatis item mandatum est, ut nisi ab iniuriā Senensium discederēt,
exautorarentq; suos belli duces, Florentino populo bellū indicerent. Quo min' uero id
statim Galeatius faceret, Petri Gambacurtæ Pisanorum tyrannum precibus factum est, q
Galeatio & Florentinis amicus rem inter utrunq; compositorum se prædicabat. Inte-
rim uero Vrbanus pontifex pontificatus sui infeliciter acti anno undecimo, mense octa-
uo Romæ moritur; sepeliturq; in beati Petri basilica, paucis admodum eius mortem, ut
pote hominis rustici & inexorabilis, stentibus. Huius autem sepulchrū adhuc uisitur cū
epitaphio satis rustico & inepto.

BONIFACIUS .IX.

Bonifacius nonus, patria Neapolitanus, Petrus cognomento, Tomacellus antea
uocatus, Romæ cardinalium omnium consensu pontifex creatur, anno domini
millesimotrecetesimooctogesimonono. Hic & si annorum circiter triginta
esset dum pontificatum iniit, ita tamen deinceps uixit in tā floridā ætate, & tāta peccādi
licētia, ut nulla ei libido, nulla uoluptas impingi uel obijci posset. Iuuentutē certe cū ip̄a
senectute cōmutasse uidebat. Fuit præterea tantū aī cōsilijq;, ut prim' populi Romani uim
oēm in pontificē trāstulerit, creatis suo nutu magistratib' oībus, munitaq; sc̄i Angeli ar-
ce in mole Hadriani sita ad Tiberis pontē, q̄ ab urbe in Vaticanū it. Munitisq; itē pontib'
qbus in trāstiberim Romani cōmeant. Vez; dū Bonifaci' non' adhuc in p̄ficate eēt,
Galeati' Florētinos & Bononiēses bello aggressi, Iohāne Vbaldino & Lâtedesco Pe-
tramala copiaz suaz ducibus, q uallē Arni sup̄ioris ingressi, oīa lōge ac late populaban-
tur. Iacobusq; Vermes Bononiensem agrū suo nomine ingressus, ciuitati q̄q; multa da-
na intulit. Tū uero Florētini ad p̄caueda mala solliciti, & Iohannē Haucut, & Carolū Be-

nabouis filium & Antonium Scalam cū quatuor equitum, peditum duobus milibus Bononiensibus socijs & amicis auxilio misere. Solicitare praterea literis & nuncijs Stephanum Bavaricæ ducē, ad quem Franciscus iunior cōfugerat; & Iacobum Armeniaci comitē magna mercede cōductum, ut in Italiā cōtra uicecomitē descenderēt; cumq; à ceruicib' suis ad ppria tuēda auerterēt. His cohortatiōibus mor' Frānciscus iunior mutata ueste fauētibus Venetis, secreto tñ Patauū ingredi, urbeq; potif. Subsecut' uero Bawaria dux, urbem ingressus oppugnare arcem nō desistit. Veronensēs autē harum rerum permutatiōe moti, pulso uicecomitis praesidio, Antonium Scalam ad se uocant, qui fere his diebus in Hetruria mortuus erat, relicto unico filio in prima pueritia adhuc superstitē. Qua quidem re cognita pœnitentiā ducti, in primis Vgolorum Blancardum, qui in Cremonensi agro cū exercitu Galeatij erat, ad se uocāt, impetrata prius errati uenia; p̄ solutisq; aliquot milibus nummū auri, ad redimendā tanti erroris culpā. Ingressus urbē Blancardus, retinere milites à direptione tam opulentæ urbis nequaq; potuit. Vxor uero Galeatij tantæ ciuitatis calamitatem miserata, triduo post milibus direptionē inhiuit. At dux Bawariæ cōquestus se mercede à Florētinis defraudatum, ab oppugnationē patauina arcis in Germaniam discessit. Tum Florentini præbete aditum Alberto Estensi, q̄ iā pridem ab amicicia Galeatij discesserat, Iohannē Haucutū Carrariēsi socio auxilio misere; cuius fortitudine & astu arx patauina in deditiōem breui recepta est. Vnde Galeatij copia quæ eō recuperādā urbis causa uenerat, in Vincētinis secessit. Descendē ratiā tum etiā comes Armeniaci à Florentinis mercede cōductus, per Taurinos in Italiā cum uiginti milibus equitum, Castellatumq; in Alexandrinis uī captum diripuerat; quare Galeatio necesse fuit copias suas à Vincētinis reuocare, quas hosti opponeret. In suburbio alexandrino cōfederant Mediolanenses, in quos delati Armeniaci sine ullo ordine, excidium ipsis militibus & ciuibus minabantur. Pugnatum est pro portis aliquandiu, & ab Italis tandiu protracta pugna est, donec sui (quos circumfacto itinere ad carpendum extremum hostiū agmen miserant) nil tale opinātes, aggredereñt. Dum pugnat, supuenerē illi; atq; ita à tergo, à lateribus, à frōte cæsi, prius pene oppressi sunt ingenti caede, oppidanis etiā superuenientibus, quā discrimen in quod delati fuerant cognouerint. Comes ipse Armeniaci tanti exercitus dux captus, ex uulnere in praesio accepto statim moritur. Capti & Rainaldus Lanfignatius & Iohannes Riccius Florentini equites, q̄ Armeniacum in Italiā duxerant. Tum uero Galeatius tanta uictoria fretus, partē copiarum in Haucutum mittit, qui ea mente Atesim & Mintium traiecerat, ut se cum Armeniaci cōiungeret. Verum Haucutus re cognita, quanta maxime celeritate potuit, in Parauinos mouit, nō paucis suorū in itinere amissis ob deriuatas passim à rusticis aquas, ne redire hosti impune liceret. At Florentini bello pressi à Iacobo Verme, qui eō à Galeatio cum duodecim milibus equitum, peditum quatuor missus fuerat. Haucutum reuocant, qui hostes Florentinorum, quibus par esse aperto Marte non poterat, miris artibus ludificatus est. Interim uero horrante Bonifacio pontifice, & Antonio Adurno Genuensium duce, pax æquis conditionibus inter Galeatium & Florentinos Genuæ cōposita est. Sed dum unum incendium extinguitur, alterum exardescit. Nam & Franciscus cognomento Vicus urbis praefectus Viterbium pontifici proditione abstulit; & Petrus Gambacurta Pisarum dominus à Iacobo appiano publico scriba, & omnium consistorum suorum particeps cum filijs occiditur, ipseq; appianus dominatu potitur. Mortuo autem Alberto Estensi, Accius & ipse Estensi familia ortus, iam pridem patria pulsus adiuuātibus Cunijs comitibus redire in patriā instituerat. Sed tutores Nicolai pueri Alberti filij, sumptis armis Accium Ferraria summoctēs, Lucā & Consiliā oppida Iohanni Cunio promissere, si Accium interficeret. Tum Iohannes composita fallacia uirum Accio perfidiam interfecit; & acceptis oppidis, uerum Accium in publicum pducit. Nō commisit tantum facinus Albricus ex eadem familia ortus, cui plus Itali debent q̄ oībus ducibus q̄ tñ fuisse. Primus em̄ docuit Italos bella gerere, iam pridē arma ferre defuētos; quibus se deinceps ab intestino externoq; hoste tutati sunt. Prius enim si quid ge-

rere Itali uel inter se, uel in Barbaros uoluissent, accire extēnū militē op' erat. Sed tanta militū copia hoc duce breui suborta est sub uexillo sancti Georgij, ut & Britones qui prouinciam nostram & ecclesiæ castella euerterant, Theutonici, Anglicos, postremo omnia uastantes Italia expulerit. Hinc Brachiani & Sfortiani milites originem habuerunt; quorum armis Italia apud exteros tantum nominis consecuta est, ut aut exteri timore perculsi quicuerint; aut aditum ad nos tentantes magnis cladibus superati sint. Inter ea uero mortuo Clemēte septimo adulterino pontifice, in eius locum à cardinalibus tāti schismatis autoribus, Petrus Luna, Benedictus. XIII. appellatus, Aueniō sufficit. Successit tñ etiam Carolo imperatori Romano Vencellus filius, à quo Iohannes Galeatius uicecomes Mediolanensis ducatus titulum accepit, misso oratore Petro Philargi Mediolanensi archiepiscopo; qui postea Romanum pontificatum adeptus, quintus Alexander appellatus est. Galeatius autē mortuo Iohanne Haucuto, Florentiæ sepulto; quo uno duce in rebus bellicis tum maxime Florentini utebantur, mittere Albricum cum suis copijs in Hetruriam constituit; qui Florentinos Appianum Pisarum tyrannum bello laessentes in officio contineret. Erant in eo exercitu Paulus Vrsinus, Ceculus, Brolia Bradius, Paulus Sabellus, Lucas Canalis, cohortiū praefecti insignes; q̄ simul coniunctis copijs animisq; oppugnare Florentiam adorti, ad monasterium Cartusienſe castra posuerant; unde crebris incurſionibus tum agros tum ciuitatem Florentiam continuo uexabant, caedibus, rapinis, incendijsq; omnia complentes, anno domini millesimo recentesimo nonagesimo septimo. Quo quidem tempore & Bonifacius Perusinus se contulit, nobilitatē plebeis raspantibus conciliaturus. Sed plebs praesente pontifice praeter datam fidem arma capiens, interfectis ad octoginta ex optimatibus, Biorum & Michelum plebeiarum partiū principes in urbē intromissos dños constituit. Indignatus autē ob eam rem pontifex, Aſissium petens, inde ad ducem Galeatium oratores misit, qui eū adhortarentur, ut oppugnare Mantuam desineret; quā tum aqua & terra obſidiōe praemebat, accito in Cisalpinam Galliam ad id bellum Albrico Barbiano. Hanc autem ob rem ex foedere Florentinis licuit, & Venetis belli socijs Mantuano auxilium mittere, Carolo Malatesta Mantuani fororiorio tantarum copiarum duce, qui ingenti clade Galeatij exercitum apud Gouernolum proſligauit. erat tum quoq; in animo Florentinis Pisanos bello persequi, sed eos à tanta re auerrebant Pupij Balneij comites, & Vbertini rebelles, qui Florentinæ ciuitati exitium minabantur, si in Pisanos mouerent. Verum mortuo non ita multo post Iacobo Appiano, filius Gerardus patri succedens, cum retinere Pisas in potestate sua non posset, ob seditiones à Florentinis excitatas, urbem ipsam Galeatio uicecomiti uendidit, Plumbino oppido tantummodo sibi ac suis retento, millesimo recentesimo nonagesimo nono. Interfecto autem Bioro Lantedesci insidijs, Perusini uindicare se in libertatē conati sunt. Verum cū Vgolinus Trincius Fulginas pontificis uicarius, eius nomine Perusium in dittonem ecclesiæ trahere conaretur, indignati ciues Galeatio sese dedunt; qui post menses duos Bononia quoque & Luca falso potitur. Hinc maior timor Florentinos incescit, passim de se ac libertate sua actum dicentes, nisi Galeatius morte à medio auferretur. Appropinquante uero iubilei anno, legati Romanorum pontificem adeunt rogantes, ut Aſissio Romam proficisceretur; qui etſi id magnopere cuperet, tamen disſimulato desiderio facturum se quod petebant negauit; quod diceret eos uoluſſe recipere senatores ex nobilitate externa secū dum consuetudinem & instituta pontificum; quodq; cameræ conseruatores suo pte ingenio elegerent, homines quidem parum idoneos; & quorum licentia Banderesijs omnia licerent. Tū uero Romani ut rē gratā pontifici facerent, & Banderesios tollunt, & Malatestā Paulphi filium Pisauriensem, uirum doctum pontificis nomine in senatorem recipiunt, pecuniasq; insup Bonifacio dant, quo ei proficisci ad urbem liceret, Urbem itaq; ingressus, munita mole Hadriani (ut antea diximus) mœnjs & turribus, dominatu urbis sensim potitus est. Celebrato deinde iubilei anno, MCCCC. quo innumera fere hoim multitudo ad urbē religionis causa uenerat, Florentini Galeatium à ceruicibus suis auertere

Clemēs adu-
rims potifex.

Petrus luna.

cupientes, Robertum Bauariæ ducem, quem imperij electores abrogato ob ignauitã velle Boemo delegerant, hac conditione in Italiam uocant, ut non prius pmissam mercedem accipiat, quã uiccomitis ducatum attigisset: qui Brixianum agrum ad Benacũ ingressus, parte pecuniarum accepta, cum Galeatij copijs congregiendis superat, ac Trientem fuga petit. Retinere hominem Veneti & Florentini multa polliciti, quo minus in Germaniam rediret, nequaquam potuere. Tum uero Bonifacius siue uiccomitum potestatem ueritus, siue agendæ ditionis ecclesiasticæ cupidus, annatarum usum beneficijs ecclesiasticis primus imposuit, hac conditione, ut qui beneficium consequeretur, dimidii annui puentus fisco apostolico persolueret. Sunt tamẽ qui hoc inuentũ Iohanni. XII. ascribunt. Hanc autem consuetudinem omnes admisere præter Anglos, qui id desolatis epatibus concesserunt: in cæteris beneficijs non adeo. Confirmata hoc modo pecunijs arce, magistratibus suo nutu in urbe selectis ditione ecclesiastica, pontifex Ladislaus adolecentem Caroli Neapolitani regis filium in regnum paternum restituit, à tyrannide et populis occupatum, qui Lodouici Andegauensis partes secuti fuerant. Quo autem facilius et honestius id fieret, priuationẽ Caroli ab Urbano sexto Nucerinã factam abrogauit: cardinalemq; Florentinum Caietam misit, quã sola in fide remanserat, ut eo loci adolecentem coronaret, ubi summa cum fide seruatus fuerat. Vicecomes autem redeunte in Germaniam imperatore Roberto, copias suas Albrico duce ad opprimendum Iohannem Bentiuolum misit, qui Bononiensem urbem in suam redegerat potestatem, pulso uiccomitum præsidio, Militabant tum in exercitu Galeatij Franciscus Gonzaga composita inter eos pace: militabat Pandulphus Malatesta Caroli frater. Aderat & Octobonus Rubens Parmensis ciuis: quorum nominibus perterriti Florentini Bernardonẽ copiarum suarum præfectum Bononiensibus socijs auxilio mittunt, cuius aduentu Bononienses animis aucti, hosti mœnibus appropinquanti occurrere audet: quo prælio superati, omnẽ equitatum cum Bernardone in ipsa pugna interempto amisere. Captus etiam eo p̃lio Iacobus Carraria, Francisci Gonzagæ precibus conseruatur. Aufugerat tũ cum paucis Bentiuolus in urbem: quam dum acriter nimium tutatur, in globum incidens, cui uicuis capi non posset obruncatur. Porius itaq; deinceps, nullo resistente Bononia Galeatius, magnum terrorem Florentinis iniicit. Eo enim se breui moturum omnẽ belli impetũ ostendebat. Verum morte adiuti (ut ipsi optabant) non ita multo post tanto metu liberati sunt. Mortuo autem ex febre Iohanne Galeatio apud Meraganum, cũ ante comertes tantæ mortis indicium apparuisset, anno, MCCCCII. multi repẽte tyranni oborti sunt: aut ciuitatum suarum principes, aut cohortium præfecti, à militibus ducis ob largitionem ad occupandas ciuitates adiuti. Oborta tum quidem infinita mala sunt, cum nemo unus præesset, qui uitia hominũ imperio & autoritate cõpesceret. Innouata est etiam Guelphorum & Gibellinorum perniciofa seditio, quæ ducentis & eo amplius annis p̃ Italiam uagata omnes ciuitates ita ad arma ciuilia concitauit, ut ferme ad internecionẽ certatũ sit. Nã Vgolinus Caualcabos, opp̃ssis Gibellinis Cremonæ imperitabat: Parmã Ortho tertius interfectis ac pulsus Rubens obtinebat: Soardi Bergomum: Rusconi Comũ, Viginatã Laudam: Vercellas Alexandriam plurimaq; per eam regionem opp̃s da Fazinus Canis dux copiarum egregius uel occupauerat, Omitto reliquos tyrannos à Galeatio pulsos: qui tum quidem redeundi ad tyrannidem & dominatum spem aliquã sumpserunt. Maxime uero Guilielmus Scala: et Carolus uiccomes Bernabouis filius, qui principes omnes & populos ad defectionem sollicitabant. Hinc etiã Pynus Ordelaphus patria pulsus, Foroliuio potitur. Albricus quoq; Cunnij comes Fauentiam bello presam in sui potestatem redegit, nisi à Ladislao adhortante etiam pontifice in regnum accitus propere fuisset: magnusq; comestabilis (ut eorum uocabulo utar) creatus. Miserrat & eo cum satis iusto exercitu fratrem suum pontifex, ut regi auxilio efferet: qui à Neapolitanis repulsus Perusium mouens, ciuitatem ipsam in potestatem pontificis breuiter degit. At Baldezar Costa Neapolitanus ciuis, sancti Eustachij Cardinalis Bononienses aliquandiu obsessos, redire tandem ad ecclesiam compulsi, Brachio Montonio copias

ecclesiasticas ducere, quem ut uirum in re militari præstantem Albricus in Flaminia reliquerat. Sub eo enim ab ineunte ætate militauerat ordinesq; duxerat. Idem etiam conrigerat Sfortiã de Cotignola Flaminia oppido originem ducente: quorũ uirtute militia Italica ita breui creuit, ut qui duce in re bellica deinceps indigerent, altero istorum uteretur. Hinc illæ factiones militares exortæ sunt, ut sexaginta iam annis nil prope gestum in Italia sit, quod non alteri istorum ascribi possit. Qui enim à Brachianis opprimebatur, uicissim à Sfortianis alteram factionem pretio conducebat. Albricus autem (unde tanquam ex equo Troiano innumerables belli principes emanarunt) Neapolim diu oppugnatam, tandem in potestatem Ladislaus recepit. Qua uictoria moti omnes regni principes ciuitatesq; statim in ditionem regis peruenere. At uero Ladislaus regnandi cupidus, priusq; fundamenta regni Neapolitani confirmasset, accitus ab Ungaris, ad illud quoq; regnum in iure hæreditario suscipiendum, cum copiis traiecisset, Iaderamq; obsideret, certior ab amicis sit, Neapolitanos & aliquot regni proceres ad defectionem spectare. Iadera itaq; potius, eademq; Venetis diuendita, Neapolim redijt: reuocatoq; è Flaminia Albrico (eo namq; ad suos uisendos profectus erat) omnes proceres dominatu priuauit. Recusantes autem parere, è patria deiecit. In Seuermatum uero familiam crudeliter animaduertit, primatibus ipsis ultimo supplicio affectis. Bonifacius autem in tanta re: perturbatione diu afflatus, dolore laterum tandem moritur. pontificatus sui anno quarto decimo, mense nono, MCCCCIII. Sepeliturq; in basilica Petri sepulchro mar moreo, uermiculato opere distincto (quod adhuc cernitur) cum gentilitijs insignibus: quæ item indicant multa ædificia tum in mole Hadriani, tum in Capitolio, tum in palatio Vaticanũ huius iussu & impensa ædificata tum fuisse. Huic autem pontifici ad summam gloriam nil certe defuisset, nisi affinium & cognatorum affinitatibus obtemperas, aliquid notam contraxisset. Multa enim crimina per simoniacã prauitatẽ comittebantur, petentibus contra ius fasq; omnia tum fratribus, tũ cognatis: quorum magna multitudo quæstus gratia Romam uenerat. Indulgentiæ uero & quidem plenariæ ita passim uendebantur, ut iam uilesceret clauium & literarum apostolicarum autoritas. Reuocare hæc omnia Bonifacius conatus, cognatorum precibus eo identidẽ redire cogebat. Vnde melius actum cũ ecclesia dei censeret, si pontifices reiectis affinibus & cognatis, uel saltẽ in mediocri fortuna collocatis, potestati dignitati potius q; carni & sanguini cõsuleret. Maxime uero hoc tẽpote quo mortuo Taburlano, q; Thurcos superauerat, eorq; regẽ catenis uinctum secum trahebat, Armenios, Persas, Aegyptios, Assyrios sine gubernatoribus reliquerat: qua ex re facile Christianis tum fuisset Hierusalem, ac sanctum domini sepulchrum recuperare. In nostros enim conuersus Albus suo pontificatu nouam superstitionem introducentes persecutus est. Ex alpiibus namq; descendisse in Italiam anno ante iubileum presbyterum quendam cum magna hominum multitudine, ex patre meo qui hominem uiderat intellexi. Is quidẽ albo indutus panno, tantam modestiam uultu acuerbis præ se ferebat, ut ab omnibus sanctus haberetur. In Italiam itaq; descendens, magnam hominum ac mulierum multitudinẽ in sententiam suipsius breui deduxerat. Lintheis albis circumuoluti omnes sine discrimine, mares an foemina: rustici an ciues, serui an liberi essent, passim ueluti pecora, ubi nox oppressisset dormebat. Publice in uicis epulabantur, perlatis undiq; certatim quasi ad sacrum epulis. Crucifixum sacerdos ipse præ se ferebat: quẽ lachrymari ob hominũ errata dicitabat. Id quotiens accidisset, succlembant omnes, ueniã à deo petentes. Laudes beatæ uirginis canebant euntes & stantes, hymnis ad id apte compositis. Ex Cispalpinis autem in Flaminia, Hetruria, Picentes aucta opinione sanctitatis ueniens, nõ plebem modo rudem & crudelẽ, sed & principes & episcopos ciuitatum in sententiam suam facile pertraxit. Substitit Viterbij cũ magna multitudine labore itineris fessus. Romam inde (ut ipse dicebat) ad uisenda loca sancta sanctoq; corpora uenturus. Sed Bonifacius fraudẽ subesse ueritus, q; diceret hominẽ supersticiosum, pontificatum appetere, adiuuante illa multitudine, milites aliquot p̃mittit, q; hominẽ cõprehensum ad se pducant. Sunt q; scribant huius fraudem quæstioe detectam

Indulgentias uendere iustus erat, quare uilescant.

Nona superstitio introducta

fuisse, hominemque in tanto facinore deprehensum, meritas poenas fuisse, igne scilicet, quo exustum ferunt. Sunt etiam qui dicant nil fraudis in homine deprehensum fuisse: sed id fictum à pontifice abolendo rumori, quo hominem per inuidiam captum & necatum affirmabant. Vtrum uerius sit deus nouit. Hoc tamen constat, post tantam collusionem, quæ partim hac superstitione, partim frequentia iubilei obuenerat, magnam hominum multitudinem pestilentia consumptam fuisse. In tantis autem malis quibus provincia nostra afflictabatur, unum tamen bonum in Italiam uentum est. Ad nos enim Chrysoloras Byzantius literas Græcæ attulit: quæ annis 14 quingentis in Italia contigerant. Hinc Græcæ Latinæque linguæ scholæ exortæ sunt. Guarino, Victorino, Philepho, Ambrosio monacho, Leonardo Aretino, Caroloque, ac plerisque alijs tanquam ex equo Troiano in lucem producentibus: quoque æmulatione multa ingenia deinceps ad laudem excitata sunt.

Chrysoloras
Byzantius.

INNOCENTIUS .VII.

Innocentius septimus, patria Sulmonensis, Cosmatus antea uocatus, sanctæ crucis presbyter cardinalis, Romæ pontifex creatur, tumultuante tota Italia. Mortuo enim Iohanne Galeatio, duobus filijs superstitionibus, sed adolescentibus, adhuc tota Italia ad arma respiciebat. Iohannes Maria maior natus (id enim ei nomen erat) ducatum Mediolani sibi uendicat: Philippus uero natus Papiæ dominatum, cuius comes iure habebatur, facile obtinuit. reliquæ ciuitates (ut antea dixi: ad quinque enim & uiginti fuisse constat) ab imperio uicecomitum defecere. Nam & Paulus Guinifius ciuis, Lucensis patriæ dominatum sibi usurpauit: & Franciscus Carrarius sublatore medio tanto duce, cuius arma mirum in modum timuerat, augendæ ditionis in magnam spem ueniens, Veronam, Brixiam, Bergomum, Cremonam, legatos ad sollicitandos in partes suas Guelphos misit. Verum ubi uidet Guilielmum Scalam & Carolum uicecomitem, qui imperia ciuitatum suarum desiderabant, posse conatibus suis ob stare, Guilielmo Veronæ, Carolo Mediolani, acceptis ab eo mutuo triginta milibus aureis, dominatum pollicitus est. Reducto itaque in patriam Guilielmo, eodémque non ita multo post uenit sublatore, Verona ipse potitur. Eadem quoque fraude Carolum aggressus est, cum is in stare, ut non apparentibus promissis, pecuniâ saltim mutuo datam solueret. Literis quoque Franciscum Gonzagam admonet, ut descendere in partes suas sponte uelit, amplectique eius amicitiam & societatem: sin secus esset animatus, habiturum se eum pro hoste, facturumque ut breui eius pertinaciæ poeniteat: fieri per facile id posse dicebat, cum Veronam Mantuanis finitimam adeptus, Brixiam quoque in potestatem suam breui sit redacturus, unde per commode Mantuanos bello premat. Nil respondere Franciscus instituit, priusquam Venetorum legatos audiret: quos in uia ad se euntes intellexerat. Veneti enim Carrariorum potentiam suspectam habentes, Vinceniam deditibus ultro ciuibus in deditiorem & tutelam recipiunt, quod Francisci arma uereretur: quodque sub quouis alio quam sub Patauino domino esse mallebant: quippe cum inter Patauinos & Vincentinos immortale odium intercedat. Admonet tum Franciscum Carrarium Venetus, ne Vincentinos uestigales suos bello attingat: utque ab expugnanda Colonia (quæ suæ ditionis esse rebantur) abstineat: aliter Venetos bello persecuturos illatas iniurias. Respondet Franciscus mirari se Venetorum impotentiam: qui cum nullum in conuenienti habeant, leges tamen merito imperantibus uelint præscribere, irent & actualis se ac paludibus continerent: eosque præesse ciuitatibus sineant, qui eam facultatem à maioribus suis accepissent. Indignati mirum in modum Veneti, legatos suos qui in uia erant admonet, ut foedus & societatem cum Francisco Gonzaga in eant: eumque primis copiarum suarum ducem deligant, addita pecuniarum summa, quæ ei stipendij nomine quotannis daretur. Tum uero Franciscus isto foedere maturandum ratus, quod iam hostes potitos Colonia intellexerat, conscripto magno militum numero, Veronenses ad eam partem adoritur, qua ad Mantuanos uergunt. Idem faciunt Veneti ex Vincenitibus eo mouentes. Quo impetu Veronenses perterriti, cum nulla spes auxilij subesset, deditiorem fecere, Oderant etiam ciues Franciscum Carrariensem: qui Guilielmum Sc

lam ueneno necasset, eiusque filios occupata fraude Verona in carcerem coniecisset. Dum urbem uero instructis aciebus ingrediunt, ne qua fraus ab hoste subesset, Iacobus Carraria qui ibi cum præsidio erat, repente cum militibus aliquot Hostiliam profugit. Sed dum Padum traicit, captus Venetias mittitur. Munita autem firmissimo præsidio Verona, inde cum omnibus copijs Veneti Patauino mouentes, urbem præaltis muris ac profunda fossa munitam, defensionemque firmo præsidio obsident: & tandem post aliquot menses interclusis undique comitatibus, in deditiorem accipiunt. Confugerat in arcem Franciscus cum filijs ac nepotibus, quam tamen Veneti non ita multo post cepere, urgente eos qui in præsidio erant ad deditiorem fame: Franciscus autem captus ac Venetias missus, unâ cum fratre necatur. Hunc exitum & finem habuit, qui humanam cupiditatem secutus, sprete pace omnia bella occupaturus uidebatur. Neque in hoc quidem malorum omnium finis fuit. Nam uel ignauia pontificum, qui interdicitis antea minis, armis postremo tollere discordias consueuerat, uel schismate potius (quo tunc ecclesia dei multum laborabat) eo uentum erat, ut uilissimus quisque tyrannus post mortem Iohannis Galeatii unum quodque facinus quantum uis magnum aggrediretur. Innocentius enim dum adhuc cardinalis esset, carpere negligentiam et timiditatem priorum pontificum consueuerat, quod diceret eorum secordia factum, ne schisma ecclesiæ Romanæ, totiusque reipublicæ Christianæ perniciosa hæcenus extinctum & sublatum esset. Verum ipse pontificatus adeptus, secutusque in quibusdam Urbani & Bonifacii uestigia, quos priuatus carpebat, non modo quod tantopere laudabat effecit, uerum etiam iniquo animo ferebat, si quis apud se ea de re uerbum ullum fecisset. Præterea uero adeo tumultuose omnia gubernabat, ut eum semel Romani restitui in libertatem, reddique sibi Capitolium, pontem Miluium, & arcem Hadriani peterent, instarentque item ut schisma rem perniciosi exempli de ecclesia tolleretur, bella extingueret & seditiones, rege Gallorum ad eam rem conficiendam operam suam pollicente: ac Petro Luna antipapa nequaquam tantam concordiam abnente, Romanos ipsos pontifex ad Lodouicum nepotem diuerterent apud hospitale sancti spiritus uia saxea, tanquam ad certum carnificem miserit. Vnde cum ciues reipublicæ suæ labenti negligentia pontificis consulturi statim necatur: & fenestrisque deiciuntur, quod diceret eo modo tolli seditiones & schisma, non alio quidem posse. Hac autem saeuitia modo populus Romanus, accito Ladislao Apuliæ rege arma capit, supplicium de Lodouico sumpturus. Verum pontifex declinaturus populi furorem, Viterbium cum Lodouico citato gressu proficiscitur. Tum uero populus cum sauire in autorem tanti facinoris non posset, in aulicos iram conuertit, quorum bona magna ex parte direpta sunt. Seruati tamen quidam dicuntur in adibus cardinalium Romanorum, qui adiuuantibus clientibus, ægre tamen ad se confugientes tutati sunt. Capto deinde Capitulo, occupataque ponte Miluio, arcem Hadriani oppugnare frustra conati sunt, adiuuantibus etiam Romanos Iohanne Columna Troiæ comite, Gétile Monterano, comite Carrariæ, egregijs tum copiarum ducibus, & Ladislai regis auspicijs militantibus. Verum superueniente Paulo Ursino mandato pontificis cum Mostarda & Ceccaholino turmarum præfectis, in pratis Neronianis Iohannem Columnam et reliquam Ladislai militiam fundit. Hancock rem Romani quidem multis incommodis circumuenti, cum homines & eorum pecora abigerentur, residente etiam ira iam antea concepta, pontificem in gratiam recipiunt: rogantque ut ad urbem redeat. Erat enim natura comis & blandus: adeoque pontifici ciuilibusque iuris peritus, ut facile homines tum rationibus tum suauitate dicendi in suis ipsius sententiam alliceret. Rebus itaque hoc modo compositis Romam ueniens, plures cardinales delegit: quorum de numero fuit Angelus Carrarius, patria Venetus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, in pontificatu Gregorius duodecimus appellatus. Fuit & Petrus Philardi natione Cretenensis, basilicæ duodecim apostolorum presbyter cardinalis, Alexander quintus deinde creatus. Tertius habitus est Ortho Columna, natus è principibus Romanis ad Vellus aureum, sancti Georgij diaconus cardinalis, Martinus quintus postea uocatus. Confirmato autem hoc modo pontificatu suo, Lodouicum

petro Luna

nepotem agri Piceni marchionem creat: eundemque Firmanum principem constituit. Ipse uero non diu post Romæ moritur pontificatus sui anno secundo: sepeliturque in basilica Petri in sacello quod olim pontificibus dedicatum erat: quodque uetustate & situ corruens, Nicolaus quintus postea restituit, notato hoc epitaphio hominis sepulchro, INNOCENTIO SEPTIMO PONTIFICI MAXIMO CVM NEGLECTI EIVS SEPVLCHRI MEMORIA INTERIISSSET, NICOLAUS QVINTVS PONTIFEX MAX. RESTITVI CVRAVIT. Interim autem cum & uero pontifice & optimo imperatore carenter Itali, unicuique seclerato peccandi licentia data est. Nam Cabrinus Fundulus, cuius opera Carolus Caualcabos multum & belli & pacis artibus utebatur, spe occupandæ tyrannidis elatus, quod ei non secus ac Carolo magistratus omnes atque artium præfecti parerent, redeuntem Lauada Pompeiana, Carolum ad Machasturam ab urbe Cremona decem milia passuum cum fratribus & cognatis obruncat. Inde uero prope antequam res in urbe sefiretur, cum aliquot militibus Cremonam properans, occupata arce ac portis omnibus forum armato ingressus milite, quos uidet conatibus suis obstare posse, aut obruncat aut pellit. Obtinendæ autem tyrannidis causa, nullum genus crudelitaris omittit. Erant tum quoque in armis Mediolanenses principes, ne dicas eorum opera tyrannos opprimi potuisse, instante præsertim Gutecaldo Genuæ præfecto regis Gallorum nomine, qui tum redigere Mediolanum in potestatem regis conabatur. Contra uero Fazino Cane egregio tum copiarum duce, retinere Iohannem Mariam in dominatu paterno conate, Ortho quoque tertius Parmensis dominus, ad colloquium spe componendæ pacis cum Nicolao Estensi pellectus, ad Ruberam (id castelli nomen est) obruncatur, cuius quidem rædis, Sfortia Cotignola iubente Nicolao auctor habitus est. Mortuo autem Orthone Rhegio statim & Parma deditibus sponte ciuibus, qui oderant Orthonis nomen Nicolaus potitur, Ladislaus uero occupata Roma (ut antea dixi) acceptaque in deditioem Persua, quam tum armis Brachius uexabat, in Hetruriam hostili animo mouet: quæ certe industria & auspicijs Malatestæ Pisauriensis egregie defensa est. Repulsus enim inde Ladislaus, in regnum trepidus sese recepit, maiore prope accepto quam illato hostibus incommodo. Liberari autem tanto hoste Florentini in Pisanos conuersi, post longam oppugnationem Pisas tandem capiunt, Tartalia, Sfortia ducibus, anno domini Milleesimoquadringentesimo sexto.

GREGORIVS .XII.

VT uero dum schisma in ecclesia dei longius protraheretur cum pernicie Christiani nominis, altero pontifice Romæ creato, altero Auenione, principes Galliarum, duces scilicet Bituricensis, Burgundus, Aurelianus: qui tum ob ualuerunt nem regis Gallias gubernabant: calamitatem ecclesiæ tandem miserati, Auenionem ad Petrum Lunam, Benedictum decimumtertium appellatum perueniunt: hominemque rogant, ut collabenti ecclesiæ tandem consulat, etiam si abdicare se pontificatu necesse esset: quemadmodum in conclauis se facturum promiserat iureiurando interposito, dum pontifex creatur. Spondent præterea alterum pontificem, qui tum Romæ crearetur post mortem Innocentij idem facturum. Ita enim inter hos principes, et qui in Italia erant respu. Christianæ amantissimi conuenerat, ut abrogatis duobus de pontificatu contendentibus, quorum alter Gallicæ, alter Italicæ factionis haberetur, unus aliquis postea deligeretur omnium nationum pater & pontifex. Respondet Benedictus se quidem grauius deum offensurum, si ecclesiam dei desereret, cui patronus & publicus pater consensus bonorum, non furtim, sed publice ascriptus esset, nolle se in dubium ponere, quod iustis suffragiis sibi demandatum fuerat, Quod dicerent sublati schismate, de concordia agendum esse, sibi admodum placere, modo id in loco fieret libero: ne coactus quispiam potius quam sponte facere aliquid uideretur. Vnum tamen se polliceri, idque iureiurando affirmare, si aliter tolli schisma non posset, depositurum omnem pontificiam dignitatem, modo id eodem tempore ab altero antipapa statim fieret. Principes itaque cognita hominis uoluntate

se, consultare inter se cœperunt, quoniam modo Benedictum in sententiam suam perducerent, quorum colloquia & consultationes Benedictus ueritus, pontificias ædes armis & comœtate optime munuit: in quibus aliquot menses obseffus, tandem paratis ad suam trirētibus, per Rhodanum in Cæloniam, unde orisidus erat, adnauigauit. Sunt autem qui scribant principes Gallos id molitos in Benedictum esse, instantibus cardinalibus Gallicis, qui eum oderat, quod alterius nationis esset, & non Gallicæ. Nā cum post mortem Clementis de creando pontifice Gallico inter eos non cōueniret, hunc post longam altercationem crearent, ut uirum bonum, et respu, Christianæ amantissimum: qui eos sæpe admonuit, ut honeste ac sancte uiuerent: utque a simoniaca prauitate cauerent, aliter se in eos grauius animaduersurum. Huius itaque mores ferre nequeentes, principes Gallos in uirum optimum & constatis uitæ cōcitate. At uero cardinales qui post mortem Innocentij Romæ tum erant, cognita triū priorum pontificum in tollendo schismate negligētia, cognitoque etiam discrimine, in quo respu, Christiana ubique terrarum, maxime uero in Gallia uersabatur, in unum conuenientes, conclauis ad sanctum Petrum in Vaticano habito: iurant singuli maximis execratiōibus interpositis, abdicaturos se statim pontificatu, si sibi deligi ad tantum magistratum contigisset, hac conditione tamen, ut id quoque ab antipapa fieret. Venere autem in hanc sententiam, ut & gallicæ nationi satisfacerent, quæ ob impotentiam creandi antipapæ consuetudinem introduxerat, a qua remoti ueri non sine ignominia uidebatur, nisi id quoque ab Italis fieret: utque in sententiam Benedicti uenirent, qui hac una ratione non alia sanari ecclesiam posse dicebat. Quod si sibi contigisset utrunque abrogari, unum uerum pontificem omnium, qui tum erant, cardinalium consensu creandum esse, cui omnes reges & principes obtemperarent. Creatus itaque Romæ anno dñi. M. quadringentesimo sexto pridie. Calend. nouēbris Angelus Corarius uenerus, tituli sancti Marci presbyter cardinalis, qui (ut dixi) Gregorius duodecimus appellatus est, statim quod ante pontificatum promiserat se facturum scripto, adhibitis etiam notarijs & testibus confirmauit: suaque manu scripta tabellionum notauit. Cum uero de eligendo loco quo sine discrimine uterque uenire posset mentio haberetur, neque ea de re factis inter eos cōueniret, collusores & fidifragi ab utroque cardinalium conuentu sunt habiti: qui Pisas, hinc Roma, hinc Auenione adnauigantes, uno consensu Gregorius & Benedictum dignitate pontificia priuarunt, cōsentientibus in tam graue sententiam omnibus nationibus, præter Hispaniam citeriorem, regem Scotia, & comitem Armeniaci, qui Benedicto fauebant. Inita deinde creandi noui pontificis ratione, qui bene ac sancte sine ulla seditione ecclesiam dei gubernaret, uenere in hanc sententiam ut Alexandri quintum crearent. Dum autem Gregorius abesset, creandique Alexandri ratio haberetur, armis omnia Romæ circumsonabat, Ladislaus enim rex occupata Hostia pedestribus naualibusque copijs adeo Romanos incurisōibus uexabat, ut inita pace honorifice postea in urbem recepisset tanquam dominus, & magistratus mutauerit, & portas ac mœnia pro arbitrio animi sui operibus & custodijs firmauerit. Verum supueniente Paulo Vrsino ecclesiastico duce apud sanctum Iacobum in Septimiano acerrime pugnatum est, multis utriusque desideratis. In transiberi namque rex suos tum continebat, arbitratu se illo in loco tutorem esse ob nauales copias, quas Hostia Romam subuexerat. Is uero deinceps cedere potius quam fugiens Vrsinæ factioni, quæ indies magis magisque augebatur, Neapolim proficiscitur, debilitata præsertim factione sua ob superatos ante ingressum suum Colūmenes, Iohanne Colūna, Baptista sabello, Iacobo Vrsino, Nicolao Columna, ducibus qui occupata sancti Laurentij porta, urbem iam ingressi erant. Verum superueniente Paulo Vrsino, superati (ut dixi) & capti magna ex parte fuerant. Ex his capitali supplicio duo affecti sunt: quorum alter Galeortus Normannus eques insignis: alter uero Richardus sanguineus est habitus, & familia nobili ac uetusta originem ducens. Reliqui uero incolentes dimissi fuerant, hac tamen conditione, ne amplius Ladislaus auspicijs militaret. His autem perturbationibus adeo Romæ annonæ caritas inualuit, ut mensura tritici (quam rubrum uocant) florinis decem & octo uenderetur, propter abacta pecora & rusticos par-

CCXII. pont.

petrus Luna!

tim captos, partim necatos, ut in bello fieri consuevit.

CCXIII. pon.

ALEXANDER .V.

Alexander quintus, natione Cretensis, Petrus antea uocatus, ordinis minorum frater, archiepiscopus Mediolanensis, uir doctrina & sanctitate uita: praeclarus, omnium cardinalium consensu, qui tum in concilio Pisano erant pontifex creatur. Hanc ob rem Gregorius in Austria ciuitatem profectus, quasi profugus de concilio generali mentionem fecit. Verum cum eo in loco nequaquam se tutum arbitratur. Ariminum profectus à Carolo Malatesta perbenigne & splendide esse habitus. Benedictus autè post habitum in Perpiniano concilium, quo tutior esset, ad castellum Panischolæ, locum munitissimum confugit, ubi diutius immoratus est. Vterq; autem licet in Pisano concilio exautorati essent, tanquam ueri pontifices cardinales creantur, maxime uero Gregorius: qui dum Luca esset de consensu cardinalium; qui nò dum ab eo discesserant, Gabrielem Condemarium cardinalem creat; qui postea in pontificem electus, Eugenius quartus appellatus est. Ad Alexandrum redeo, uirum in omni uita & ætate præstantem. Hic enim ab adulescentia ordinem minorum ingressus, adeo Parisijs liberis studijs theologicarumq; disciplinæ uacauit, ut breui & publicam scholam habuerit, & in libros sententiarum docte & acute scripserit. Magnus quoque orator, magnus prædicator est habitus. Hanc ob rem à Iohanne Galeatio duce Mediolanensi accitus primum locum in consultationibus suis habuit. Creatur deinde rogatu Galeatij Vincentinus episcopus, postea Nouariensis mutato loco, postremo præsul Mediolanensis factus, ab Innocentio septimo cardinalis basilicæ duodecim apostolorum creatur: quo quidem gradu pontificiam dignitatem adeptus, merito Alexandri nomen consecutus est, cum & liberalitate & magnitudine animi, cum quouis optimo principe conferri posset. A deo enim munificus erat in pauperes & uiros sua benignitate dignos, ut breui nil sibi reliquerit. Vnde per iocum dicere interdum solebat, se diuitem episcopum fuisse, pauperem cardinalem, mendicum pontificem. In eo enim defuit illa habendi cupiditas, quæ unà cum re & ætate accrescit simul. Sed hoc uicium cadere in uiros bonos & rerum humanarum contemptores non potest: qui quo magis consenscunt, eo minus uiaici indigere se cognoscunt: & ob hanc rem cupiditates sedant, refrenant auaritiam, ac cæteras animi lases expellunt. Tanti præterea animi Alexander fuit, ut Ladislaum regem tum potentissimum, qui ditionem ecclesiæ pontificibus absentibus diu multumq; uexauerat, oppidaq; aliquot uis occupauerat, in concilio Pisano approbantibus qui tum aderant, regno priuauerit: iusq; illud Lodouico Andegauicæ duci competere declarauerit. Soluta autè concilio Pisano, pontifex Bononiam proficiscitur: cui ciuitati tum præerat Baldefar Costa sancti Eustachij cardinalis: quem Alexander in legatione confirmauit, quod eius industria ac præsidij Pisani concilium habitum fuisset: quodq; etiam uir erat, qui per commode tyrannis ac rem ecclesiasticam occupare conantibus, obijci quouis tempore posset. In homine tamen plus ferocitæ, plusq; audaciæ & secularitatis (ut ita dicam) erat, quam eius professio requirebat. Militaris prope habebatur eius uita, militares mores, adeo ut multa etiam quæ loqui fas non est, sibi licere arbitraretur. Cum uero Alexander grauius agrotare cœpisset, nossetq; mortem prope insitare, cardinales ad se uenientes ad concordiam, ad pacem, ad tuendam ecclesiæ dignitatem adhortatur. Testatur præterea est per eam mortem quam ante oculos se continuo cernere dicebat: nec reformidare, conscientia bene actæ uitæ motus, se existimare & credere quæ in concilio Pisano decreta fuissent, recte atq; integre facta esse omnia, sine dolo malo fraudulente. Cui hæc dixisset, lachrymantibus omnibus qui aderant, illud saluatoris uerbum ægre proferens, Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis, statim moritur pontificatus sui mensæ se octauo: sepeliturq; Bononiæ in ecclesia fratrum minorum, Laboratum est autem hoc anno fame ac peste,

CCXIII. pon.

IOHANNES .XXIII.

Iohannes uigesimusquartus patria Neapolitanus & nobilis, Baldefar cognomen, Costa antea uocatus, Bononiæ omnium consensu pontifex creatur. Sunt autè q scribant id factum uiolenter esse, quod & legatus Bononiensis esset, & armatos milites tum in urbe, tum in agris p statione habuerat: ut si precario id obtinere non posset, minis & armis tandem consequeretur. Vt cumq; est, constat eum pontificem creatum fuisse, ad eamq; dignitatem semper aspirasse. Nam cum adulescens esset, ac Bononiæ aliq; annis iuri ciuili operam dedisset, assumpto (ut nunc fit) doctrinæ gradu, Romam iter instituit. Interrogatus autem ab amicis quo proficisceretur, ad pontificatum respondit, Romam itaq; ueniens, à Bonifacio nono in cubiculum secretum recipitur. Creatus deinde sancti Eustachij cardinalis, legatus è latere Bononiam mittitur, quam breui conducto milite unà cum magna Flamminia parte in potestatem ecclesiæ redegit, pulsus quibusdam tyrannis: alijsq; extremo supplicio affectis. Verum post nouem annos cum longa pace ciuitatem Bononiam mirum in modum auxisset, grandemq; pecuniam sibi comparasset, mortuo Alexandro largitione usus: maxime uero erga cardinales à Gregorio creatos pauperes adhuc, pōtifex creatur. Quo facto oratores statim ad electores imperij misit, eos oratum, ut Sigismundum Lucimburgum Vngariæ & Boemiæ regem imperatorem crearent: uirum strenuum (ut ipse dicebat) & ad omnia fortiter agenda promptissimum. Hac enim ratione hominis gratiam aucupabatur. Vbi uero hoc ei exsententia accidit, cum in conuentu Pisano constitutum esset, ut ad certum tempus concilium haberetur, ne alibi transferretur, celebraturum se id Romæ prædixit: & quo liberius eo proficisci omnibus liceret, pacare Italiam conatus est: maxime uero Cisalpinam, in qua bellum indies magis magisque crescebat, Fazino Cane discordias suscitante: q merenarios milites retinere sine bello apud se nequaquam poterat. Eos enim rapinis, direptionibus urbium pacere consueuerat. Forte tum accidit ut Papienses (quos Philippus ob tenellam adhuc ætatem retinere in officio non poterat) studio partium concitati ad arma concurrerent, hinc Gibellini Beccaria familia duce, Fazinum cum exercitu in urbem introducere, pacti fortunas Guelphorum, Verum is cum armato milite ingressus, neutri in diripiendis fortunis pepercit. Querentibus autem Gibellinis, sua quoq; bona contra datam fidem diripi, respondit, ac egregie quidem, Gibellinos saluos fore: eorum uero bona q Guelpha essent, militibus se in prædam concessurum, deridens utriusq; facti onis stultitiam & cupiditatem. Inde uero abiens relicto in portis & in arce firmo præsidio, tutelam Philippi donec adoleuisset præ se ferens, contra Pandulphum Malatestam ducens Brixianos: & Bergomates incurSIONibus, rapinis uexat, nec à Cremonensibus quidem abstinuit: quibus tum Cabrinus Fundulus imperitabat. Dum hæc autem in Brixiano agerentur, Vngariæ rex iturus (ut ipse prædicabat) Romam libero itinere ad accipiendam imperij coronam, duodecim milia equitum, peditem octo in Venetos mittens, capto primo imperu Foroliuio, Taruisium oppugnat, Huic uero tanto exercitui Veneti Carolum Malatestam obijciunt, qui cunctando magis q dimicando exultantem uictoria hostem remoraretur. Parum etiam abfuit quin Veneti eodem anno Veronam proditione quorundam ciuium amitterent, ad rapinam magis quam ad libertatem spectantium. De nocentibus pœna sumpta: ac statim sedata sunt omnia. Mortuo autem eodem anno Fazino Cane, coniurati quidam Iohannem Mariam Mediolani ducem interficientes, Bernabouis filios & nepotes in urbem recipiunt. Tum uero Philippus peruersitibus amicis, Beatricem uiduam ob Fazini mortem ditissimam, & cuius autoritate qui sub marito militauerant admodum mouebantur, duxit uxorem. Qua ex re & ciuitates omnes quæ Fazino paruierant, statim in deditionem accepit: Carmignolâ, Siccumq; Montagnanum, qui legionem mortuo Fazino per seditionem diuiserant, in suam militiam persuadente Beatrice pertraxit: quibus ducibus Philippus postea usus, Astorgium Bernabouis filium Mediolano pellens, in expugnatione Modocæ interfecit. Agebantur hæc in Insubria, cum Iohannes Franciscus Gonzaga Franciscum mortui filius cum satis iusto equitum peditem que numero, Bononiam præsi-

dij causa proficiscitur, mandato Iohannis pontificis, cuius auspicijs tū militabat. Nā Malatesta Ariminensis Ladislai regis mercenarius, urbem ipsam graui bello tum premebat, Is itaq; adiuantibus Bononiensibus, graui aliquot praelia cum hostibus fecit; quib; superior factus, urbem acerrime tutatus est. Sequenti uero hyeme Iohannes pontifex a Ladislao bello uexatus, Roma Florentiam, atq; inde Bononiam ueniens; haud ita multo post Mantuam proficiscitur, ubi splendide ac magnifice a Iohanne Francisco Gonzaga susceptus est. Quem inde abiens cum magna parte copiarum Laudam Pompeianam (quo uenturum Vngariæ regem sciebat) secum ducit. Multum enim huic principi si debeat, cuius fidem & integritatem Bononiensi bello optime norat, quis pollicitationibus & donis in partes regias a Malatesta sollicitaretur. Cum itaq; pontifex ac rex haudquaquam se tutos Laudæ arbitrarentur, Iohannem Franciscum Mantuam (quo se uelle ire dicebant) ad parandos com meatus, disponendamq; urbem, qua recipi commode tanta multitudo posset, prope re mittunt, qui breui paratis rebus omnibus, Cremonam (quo iam peruenisse pontificem ac regem intellexerat) rediit. Hos autem inde Mantuam abducens, populo omni fere obuiam effuso, opinionem omnium benignitate & gratia susperauit. His uero conuentibus, qui Laudæ, Cremonæ, Mantuæ sunt habiti, de pellendo ex Latio, Umbria, Hetruria Ladislao, qui Romam & multa ecclesiæ oppida occupauerat, est actum. Videbant hi Italiam incēdij bellorum aliter liberari non posse, de impensa bellica non Mantuæ, sed Bononiæ (cum eō uenissent) agendum censuere. Verum maior eos cura inceffit. Ad concilium namq; Iohannes omnium nationum consensu citat; ad tollendum schisma, duos cardinales statim in Germaniam misit; qui unā cum principibus Gallicæ & Germanicæ nationis locum concilio idoneum deligerent. Constantiam maguntinæ prouinciæ ciuitas ad id potissimum idonea est uisa. Eo itaq; ad certam diem ex instituto proficiscuntur omnes, proficiscitur & Iohannes pontifex, ad momentibus tamen quibusdam ne id faceret, q; uerentur, ne cum pontifex accederet, priuatus reuerteretur, q; etiam contigit. Eo namq; proficiscens cū uiris quibusdam in omni genere doctrinæ præstantibus, diu multumq; Germanos disputationibus incertos & ambiguos tenuit, quid potissimum decernerent. Verum superueniente Sigismundo, factaq; omnibus dicendi quod liberet potestate, multa crimina & quidem grauissima pontifici obiecta sunt; quorum causa mutato habitu familiæq;, Constantiam clanculum Scaphusam se contulit, ueritus ne quid grauius in se consuleretur. Erat Scaphusa Federici Austriæ ducis ciuitas, quo etiam pleriq; cardinales a se creati fuga peruenere. Verum his postea concilij autoritate reuocatis, Iohannes Scaphusa Friburgum confugit; iturus inde si tuto fieri posset ad Burgundiæ ducem. Sed curante concilio, Iohannes capitur, & in insula sancti Marci prope Constantiam in carcerem conicitur, pontificatus sui anno quarto, mense decimo. Causam fugæ disquirere concilium tum cœpit, certosq; iudices uiros grauissimos & doctissimos delegit, qui crimina Iohanni obiecta discuterent, eademq; concilio ex ordine referrent. Ad quadraginta capitula & eo amplius contra hominem probata sunt; quorum aliqua cum in eo minime immutari possent, adeo erāt inueterata, contra fidē iudicata sunt; aliqua uero Christianis omnibus (si non damnarent) scandalum partura. Venientibus itaq; omnibus in eandem sententiam, Iohannes merito & pontificatu deiectus, sententiam in se latam comprobat. Quo facto statim ad Lodouicum Baurum; qui cum Gregorio duodecimo sentiebat custodiendus mittitur, donec aliud decerneretur. In Haldeberga castello munitissimo triennio sine ullo cubiculario famuloue Italico diligenter asseruatus est. Theutonici erant custodes omnes; quibus cum Iohannes nutu & signis loquebatur, cum nec ipse linguam Theutonicam, nec illi uicissim Italicam scirent. Abrogatum Iohanni pontificatum ab his tantummodo, qui cum eo antē fenserant ferunt. Nondum enim qui cum Gregorio & Benedicto sentiebant conuenerant. Hi igitur ut abrogationem a se factam ueram & integram iudicarent, omnes synodicum decretum promulgant, quo affirmabant concilium generale legitime congregatum, habere statim a Christo potestatem. Hoc quidem fundamento concessio, ipsum etiam pon-

Pontifex capitur & in carcerem prope Constantiam conicitur.

tificem concilio subijciebant. Quare Gregorio necesse fuit, suadente etiam imperatore Sigismundo, unum aliquem ad concilium mittere, cum ipse proficisci recusaret, qui suo nomine concilij sententiam approbare. Missus itaq; Carolus Malatesta uir certe insignis, cum uideret omnes in hanc sententiam uenire, ut Gregorius quoq; pontificatu se abdicaret, in publicum prodians, ac in sede Gregorij non aliter extracta, ac si ipse adesset collocatus, perfecta renunciandi facultate, Gregorij pontificatu abdicat; quem statim conuentus omnis pro tam libera abdicatione, agrī piceni legatum creat. Is itaq; non multo post Recaneti moritur dolore animi (ut aiunt) propter subitam abrogationem ante constitutum tempus a Carolo factam. In longum enim rem protrahi uolebat, in mora spem aliquam ponens. Mortuus igitur ante Martini pontificatum, in recanetensi ecclesia sepelitur. Sublati duobus pontificibus, tertius in quo abrogando maior difficultas inerat restabat, Petrus Luna Benedictus tertiusdecimus (ut antea dixi) uocatus. Ut autem is etiam nolens abdicare se magistratu cogere, Sigismundus imperator unā cum oratoribus concilij ad Franciæ & Angliæ reges peruenit; eosq; adhortatus est, ut pro salute Christiani nominis iam ob schisma periclitantis, in abrogando Benedicto, sublatis alijs duobus, eius sequerentur sententiam. Grato autem responso accepto, inde Narbonam properat ad Ferdinandum Aragonum regem, cuius populi magna ex parte Benedicto obtemperabant. Quo cum inter alia capitula hoc pactus est, ut Benedictum rationibus moueret ea facere, quæ Gregorius & Iohannes in concilio Constantiensi egissent. Id uero si facere recusaret, populos cogere ab eo ad concilium Constantiense deesset. Benedictus autem in castello Panischole loco munitissimo se continens, moueri per suasionibus e sententia sua non poterat, quod diceret & se uerum Christi uicarium esse, & Constantiam non esse locum libertati ecclesiasticæ convenientem, cum Iohannes uigefimustertius ab his etiam abdicare se pontificatu coactus fuerat, qui partes suas antea sequebantur. Tum uero principes Hispaniæ cernentes pertinaciam Benedicti, concilij opinionem secuti, in reliquorum sententiam uenere. Gerebantur res in concilio quinque nationum suffragijs, Italica, Gallica, Germanica, Hispanica, & Anglica. Quicquid uero harum nationum suffragijs decernebatur, id ita ratum erat, atq; per præconem, aut per notarium publicum pro curia enunciabatur, si omnium consensu postea confirmatum fuisset. Qua quidem autoritate Benedictus discussa aliquandiu re, pontificatu tandem priuatur, absentibus reiectisq; nationibus, quæ cum eo sentiebant: maxime uero Scotis & comite Armeniaci. In eodem quoque concilio condemnata est Iohannis Viglesis hæresis; & duo ex sectatoribus eius combusti sunt, Iohannes Hus, et Hieronymus eius discipulus, tanquam hæresiarachæ: quod inter cæteros errores diceret ecclesiasticos ad imitationem Christi pauperes esse debere, cum ex tanta rerum copia & luxu populi omnes scandalizarentur. Rebus autem hoc modo compositis, cum de restituenda ecclesia, emendandisq; moribus clericorum mentio haberetur, fieri id non posse existimant uacante sede. Vnde de eligendo nouo pontifice sermo est habitus, quo decreta concilij maiorem deinceps autoritatem haberent. Cum igitur hac de re uerbum haberetur, placuit ex unaquaque natione uiros sex deligi, & quidem probatos, qui unā cum cardinalibus conclaue ingressi pontificem deligerent. Anno igitur millesimoquadringentesimo decimo septimo, sexto Idus nouembris conclaue ingressi, consentientibus cardinalibus duobus & triginta, nationibusq; omnibus, præter omnium spem & opinionem, cum iam quadriennio uero pontifice caruisset ecclesia, multiq; schismatici tum interessent, tertio Idus nouembris, in celebritate beati Martini hora tertia Otto Colonna Romanus princeps, sancti Georgij ad Vellus aureum diaconus cardinalis, pōntifex creatur, tanta omnium lætitia, ut præ gaudio loqui uix homines possent. Effusus nimio gaudio imperator, nullo habito dignitatis suæ discrimine, conclaue ingressus, & gratias omnibus egit, qui tantum uirum & tam necessarium reipublicæ Christianæ prope extinctæ delegissent; & ante pontificem prostratus, cum summa ueneratione eius pedes exosculatus est, quem contra pontifex amplexus, non secus ac fra-

petrus luna.

Hæresis Viglesis.

Iohannes hus.

tre in pretio habuit, eiq; gratias egit, q; sua opera & industria pax tandem ecclesie dei reddita esset. Vocari autem Martinus uoluit, q; ea electio in Martini celebritate habita fuisset. Interim uero dum hac Constantia ageretur, mortuo etiam Ladillao contra Florentinos proficiscente, Roma ad arma & libertatem conclamatum est. Cogitur a populo Petrus Mattheucij etiam nolens gubernacula reip. suscipere; qui postea magistratu se abdicauit, cum intellexisset legatum a Iohanne pontifice iam antea designatum, pauca post asserturum cum fenatore ciue Bononiensi; qui urbem ingressi & Paulum Palonum, & Iohannem Cincium seditiosos ciues capitali supplicio affecere. Sequenti uero anno Brachius Montonius Romam cum exercitu ueniens urbe positus, oppugnare arcem sancti Angeli adortus est; quae firmo Iohanna reginae praesidio defendebatur. Nam Iohanna Ladillao fratri in regnum successerat. Verum superueniente Sfortia militum reginae duce, non solum Brachium ab oppugnanda arce dimouit, sed etiam hominem pugnantem continuo ab urbe expulit, Romanis in neutram partem inclinantibus. In ea pugna occiditur Iohannes Columna a milite, qui olim cum Paulo Ursino militauerat; quem Lodouicus Columna cum Brachio militans, in agro fulginati interfecerat. Erat autem militi in animo Lodouicum obruncare ulciscenda Pauli necis causa; sed Iohannes Lodouicum defensus innocens moritur. Dum autem Roma hoc modo fluctuaret in uarias partes declinans, creato Martino, spem aliquam exoptatae quietis tandem concepit.

MARTINVS .V.

CCXV. p.ii.

Martinus quintus, patria Romanus, Otto cognomento, Columna prius uocatus, non magis suo quam ecclesiae iam labentis tempore pontifex in concilio creatur, nationum omnium & cardinalium consensu. Is enim a teneris annis cura parentum moribus & literis imbutus, ubi adoleuisset, iuri pontificio Perusij operam dedit, unde ad urbem rediens, ob integritatem & doctrinam Urbani sexti referendarius factus est; quod munus tanta cum humanitate, iustitia, & mansuetudine gessit, ut diaconus cardinalis ab Innocentio septimo creatus sit. Nec ob eam quidem rem a natura sua discessit. Humanior enim quam antea factus, patrociniū suum omnibus praestabat, ita tamen ut in rebus publicis non multum se immisceret. Nam cum in conuentu Constantiensis multae in utraque partem altercationes haberentur propter diuersa factiū studia, ipse medium quoddam tenuit, quo in alterutram partem inclinare nullo modo uidebatur, communi utilitati semper consulens. Hanc ob rem & imperatori, & cardinalibus ac denique omnibus gratus pontifex creatur. Quo in magistratu non somno & ocio, sed negotio et sollicitudini deditus, audire, refellere, approbare, suadere, dissuadere, hortari, deterere accedentes ad sedem apostolicam consueuerat, cognita petentium honestate, uel secus. Mira enim utebatur facilitate; & honesta petentes a se uoti compotes dimittebat. In consultationibus autem mirae prudentiae uir est habitus. Nam & quid agendum, & quid uitandum esset statim re propolita acutissime diiudicabat. Breuis in dicendo, cautior in agendo, adeo ut prius rem factam cernerent homines, quam ab eo excogitata putarent. Eius autem sermo plenus sententiarum erat. Ex ore eius nullum uerbum tam crebro quam iustitiae nomen prodibat. Ad suos persaepe conuersus; maxime ad eos qui prouincias & ciuitates gubernabant, his uerbis utebatur: Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Indigebat tum profecto tali pontifice ecclesia dei, qui nauiculam Petri schismatis & seditionum omnium fluctibus quassam, redigere in portum salutis gubernaculo admotus sciret & posset. Adeptus itaque tantum magistratum, cum restare adhuc caput renascentis hydrae cerneret, Benedictum Lunam cum aliquot cardinalibus & praelatis peninsulæ tanquam in arce schismatis se continentem, quibusdam Aragoniae populis in utram partem inclinarent adhuc titubantibus, approbante concilio Alemannum Ademarium uirum doctissimum, & cuius sepulchrum in sancta Maria noua adhuc cernimus, patria Florentinum, sancti Eusebii presbyterum cardinalem, legatum a latere suo in Aragoniam mittit, qui sub potestate & celsura ecclesiastica Petrum admoneret, ut se pontificatu abdicaret. Cardinales autem qui cum Petro sentiebant, intelligentes ultimam concilii & pontificis sententiam,

Petrum ipsum adesse rogantem, ut de ecclesia dei tandem omne schisma tollat, quo iam multis annis Christiana respublica magnis calamitatibus afflicta erat. Id autem ob salutem labentis ecclesiae a Gregorio & Iohanne factum esse. Respondet Petrus caulationibus quibusdam, id sibi nequaquam integrum esse, sibi autem cum Martino conuenerunt, si uera essent quae de hominis integritate & humanitate dicerentur, sinerent sibi id negotium, nec amplius ea de re solliciti essent. Ex quatuor uero cardinalibus duo pertinaciam hominis inspicientes, ab eo ad Martinum statim defecere. Qui autem in fide manserunt, anticardinales sunt habiti; quorum alter Cartusienis fuit, alter uero Iulianus Dobra appellatus est. Martini quoque auctoritatem Hispania omnis statim secuta est. Idem fecere non multo post & Scoti & Armeniaci. Atque ita omnis respublica Christiana una dumtaxat peninsula excepta, Martini auctoritatem secuta est. Composita autem ex sententia tanta re principum omnium ecclesiasticorum & secularium, maxime uero Sigismundi imperatoris labore & industria, de componendis moribus nimia licentia iam labefacta, tam laicorum quam clericorum mentio haberi coepit. Verum quia quadriennio Constantiense concilium iam durauerat, cum magno praetorum & ecclesiarum incōmodo, Martino placuit approbante concilio, rem tantam in aliud tempus magis idoneam transferre. Dicebat enim rem ipsam maturitate & consilio indigere; quia ex Hieronymi sententia, unaquaque prouincia suos habet mores, suos sensus, qui tolli sine perturbatione rerum subito non possunt. Verum quia schisma ex parua re antea ortum fuerat, diutiusque cum magna calamitate Christianae reipublicae durauerat, de celebrandis concilijs talem sententiam promulgauit; maxime uero ubi intellexit Iohannem uigesimum tertium a custodia lapsum aufugisse. Verebatur enim ne rursus aliud concilium inchoaretur. Eius autem sententia & decretum tale fuit, ut a fine concilii Constantiensis non nisi ad quinquenium usque concilium denuo celebraretur; utque a quinquenali in septimum aliud transferretur; ab hoc uero in decennium res protracta legis haberet locum, ut singulis quibusque decennijs generale concilium idoneum haberetur in loco, ubi de rebus omnibus ad fidem & rempublicam Christianam pertinentibus, mentio fieret. Ad hanc autem institutionem approbandam patentibus literis (quas bullas uocant) comprobari Martinus rem uoluit, in eius sententiam concilio ueniente. Omnia autem decreta ante pontificatum suum in schismate facta, nisi ad fidem & bonos mores pertinenter, omnino sustulit. Ut uero omnes intelligerent sibi in animo esse concilium habere, locum ad id aptum publico concilio disquiri; ac tandem approbatibus omnibus, Papiam quam idoneum habendi concilii locum decernit, literasque apostolicas in hanc fere suam super ea re edidit; Martinus episcopus seruorum dei, ad futuram rei memoriam, cupientes ac etiam uolentes huiusce generalis concilii decreto satisfacere, concilio approbante & consentiente, cum de loco ambigeretur, Papiam urbem auctoritate nostrarum literarum designamus. Nulli ergo hominum liceat huius nostri decreti paginam infringere. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, omnipotentis dei iram, beatorumque Petri & Pauli apostolorum eius se noscat incursum. Datum & actum Constantiae in loco publicae sessionis tanti concilii decimo tertio calendis Maij, pontificatus nostri anno primo. Praeterea uero dissoluendi concilii cupidus, anno domini millesimoquadringentesimo decimo octauo, conuentum habuit publica sessione; quo sublato consensu omnium, maxime uero imperatoris, hac uerba mandante pontifice ab Ibaldo sancti Viti in Marcello diacono cardinali audientibus omnibus enunciata sunt, Domini ire in pace, Abeundi itaque omnibus potestas facta est. Cum autem pontifex hinc ab imperatore & Germanis rogaretur, ut in Germania aliquandiu remaneret, hinc a principibus Gallicis, ut in Galliam proficisceretur, ostendit sibi id nequaquam integrum esse, quod diceret patrimonium ecclesiae absente pontifice a tyrannis quibusdam in Italia occupatum distrahari, & laceraari; urbemque Romam religionis Christianae caput, cum rectore suo careret, pene ad interitum redactum esse, peste, fame, ferro, igne, seditioibus. De basilicis uero ac sanctorum martyrum sacellis nolle dicere, quae absente pontifice aut iam corruerent, aut paulo

post collapsuræ uiderentur. Proinde sibi abeundum esse dicebat. Ferrent æquo animo quod uellent ratio & necessitas: paterenturq; eum sedere in solio Petri, quem pontificem omnium consensu decreuerant. Ecclesiam Romanam caput esse & matrem omnium ecclesiarum, proinde in ea immorandum pontifici esse, ne uerus gubernator à pupa pi ad proram transferatur, cum magno nauigantium (hoc est in Christiana republica uiuentium) periculo & detrimento. Abiens itaq; Constantiam, ac per Sabaudiam iter faciens, dum Italiam petit, Mediolanum peruenit. Vbi à Philippo duce populog; Mediolanensi nullo non genere honoris adhibito, perbenigne suscipitur. Erat tum quidem Philippus in armis, ditionem paternam repetens, defendentibus se acriter tyrannis: qui gustata semel imperandi uoluptate, non ita facile de possessione pellebantur. Urgebat tum Carmignola primus Philippii copiarum dux Pandulphum Malatestam, qui capto Bergamo prodente arcem prefecto, pecunia & pollicitationibus corrupto, in Brixia nos mouens, eum omni dominatu breui spoliasset, nisi à Venetis ingenti pecunia ac firmissimo equitatu esset adiutus; & à Martino pontifice, qui autoritate & gratia Philippum ad pacem cum Pandulpho Malatesta ineundam ppulit, quæ postea Mantuæ Martino eò accedente Iohanne Francisco sequestro adhibito, his legibus composita est, ut Pandulphus perfoluto quotannis tributo, tandiu Brixia potiretur, quoad ei uiuere liceat, nulla in testando de ciuitate, quæ merito ad Philippum deuolueretur relicta potestate. Hanc uero pacem sequenti anno Pandulphus disturbauit, annexus pecunijs & milite retinere Cabrinum Fundulum in urbe Cremona; quem armis Philippus continuo uexabat, ciuitatem paternæ ditionis, tot annis à tyranno possessam repetens. Erat tamé fama Pandulphum urbem ipsam à Cabrino emisse, Salodij Riperiam (ita ripam Benaci uocant) in pretium pollicitus. Ab hoc autem bello Iohannes Franciscus deterrere hominem ob affinitatem conatus est, missis legatis qui eum admonerent contra ius fasq; agere, quod fœdera sperneret, quod tyrannum tutaretur, quod contra eum arma sumeret, à quo dominatu Brixiano donatus fuerat. Non esse contemnendū autoritatem Martini, de sua nolle dicere, cuius autoritate pax erat composita: si hominum autoritate contemneret, deum saltem inspiceret, quem testem uiolati ab eo fœderis, dū pax fieret inuocauerant. Abiens autem Mantua pontifex quarto post accessum mensē, Ferraria ac per Flaminiam iter faciens, Florentiam peruenit, uitata de industria Bononia: quæ postea quā intellexerat Baldefarē Cosiam coactum esse abdicare se pontificatu, pulsis ecclesiæ magistratibus, in libertatem se uindicauerat. Instat tum acriter Carmignola iubente Philippo, qui suo iure ducere exercitum in Pandulphum posset, atq; breui capta magna Brixiani agri parte, ad Montemclarum castra locat, cum Lodouico Meliorato Innocenti septimi nepote certaturus: qui aduentare eum magno equitatu in auxilium Pandulphi dicebatur. Affines nanq; erant, & id Lodouicus necessitudini tribuebat. Conserto itaq; prælio, ac Lodouico turpiter fugato, Carmignola haud ita multo post Brixiam in potestatem Philippii redegit. Potitur & breui Cremona Philippus, ac Cabrinum tyrannum ad Castellionem captum, capitali supplicio afficit. Hoc tanto Philippii successu Nicolaus Estensis motus, sponte facturus id ad qd armis cogi potuisset, Mediolanum profectus, Parmam (quam mortuo Orthone tertio occupauerat) Philippo reddidit, retento Rhegio Martini pontificis rogatu feudi nomine. Profectus & eò Iohannes Franciscus Mantuanus princeps Philippo gratulatum pro re bene gesta, cum minus comi fronte inspiceretur, cumq; intelligeret Philippo in animo esse, quicquid de Cremonensibus & Brixianis teneret, iure suo repetere prope Mediolano abiens, Venetorum deinceps & Florentinorum amicitiam ac societatem secutus est. Hi enim duo populi sibi timentes, unumquenq; in partes suas blanditijs & pollicitationibus alliciebant, quod Philippus regnandi cupidus, ruptis legibus initi fœderis: & ultra Macram Sarsanam oppidum Lunensis agri Thomæ Fregoso dedisset, quem è principatu ui & armis deiecerat, ne cum Genuensibus exulibus quicquam aduersus se moliret: & Bononienses Florentini populi socios ad defectionem concitasset, eorumq; milites stipendio

conduxisset, & Forūlium nūc ob Thebaldi pueri tenellâ ætate; nūc ob Ferrariensis principis grām (ut crebro dicebat) occupasset, cū fœderib; cautū esset, ne Philippus Bononia & Flaminia armis attingeret. Verebanē itē ne triū simul potētissimog; principū, Philippii, Martini pontificis, Alouisi regis (q; societate in hisse cōstabat) ui & armis occuparentur omnia, cum cōtra Philippus omnium malorum crimina in Venetos & Florentinos reijceret: quod Veneti retinere Pandulphum in dominatu Brixiano sint anni xi: quodq; Florentini & Genuenses quosdam hostes suos comiteatu, pecuniaq; iuuissent: quod Liburnum ditionis Genuensis (quam tū in potestatem suam redegerat) cētum milibus nummis aureis emissent. Satis tum quidem ad concitandum bellum hæc discordiarum semina uideri poterant, sed nihil est quod æque Venetog; animos ad bellum impulerit, q̄ autoritas Francisci Carmignolæ, uiri bellica laude insignis: atq; ea ætate clarissimi: qui (ut ipse dicere solebat) ægreferens Philippii insolentiam, ad Venetos tum confugerat, eosq; ad bellum animauerat, operam suam in ea re pollicitus. Quare hi duo populi ascito in societatem belli principe Manruano & Ferrariensi, partitaq; bellica impensa, cum exercitu equitum duodecim, peditum octo milibus, cui Carmignola præficit: cūq; fluuiali & maritima classe Philippū eodem tempore multis à lateribus oppugnare adorti, à Guelphis Brixianis, qui Philippo aduersabant, in urbē uocatur: qua quidem ex parte occupata, Veneti tandem septem mensium oppugnatione totam deniq; in potestatem suam redegere. Ducente deinde Carmignola ad capiēda Brixianorum castella, Martinus pontifex Philippii ducis calamitate motus, cardinalem sanctæ crucis ad Venetos mittit, qui pacem inter Philippum & Venetos componeret, qua infecta quod Veneti & Florentini iniqua postulare uiderentur, rursus magnis uiribus bellum utriq; parari ceptum est. Pugnatum est ter eo anno collatis signis ad Gotolengum Brixianorum castellum, ad summum Cremonensium uicium, quibus in locis æquo Marte utriq; discesum est. Ad Macloodium tertia pugna est habita: quo in prælio superantur Philippii copia: capiturq; Carolus Malatesta totius exercitus dux. Constat autē hanc tantam fuisse cladem, ut si milites captos retinere Carmignola uoluisset, signaq; ocyus perterritis inferre, eijcere principatu Philippum confirmatum, tanto accepto incommodo haud magno negotio potuisse. Captus (ut dixi) eo prælio Carolus à Mantuano principe, ob affinitatē incolumis dimittitur. Interim uero dum Carmignola ad oppugnanda Brixianorum oppida, quæ in Philippii fide permanferant copias ducit, eidē Philippo respirandi spatium dat. Nam & pacem cum Amedeo Sabaudia duce, à quo bello premebatur, datis ob id Vercellis componit, & Sigismundum ac Brunorum Scallia in Venetos concitat. Martinus autem pontifex Philippii re in maximo discrimine uidens, cardinalem sanctæ crucis secundo ad componendam inter Philippum & Venetos pacē mittit, qui Ferraria subsistens, eò proficiscētib; cum mandatis principū ac ciuitatum legatis, ita pacem cōposuit, ut Brixia Veneti & oppida Brixianog; Cremonensū ue quæ antea ceperant retinerent. Præterea uti Philippus Bergomū Bergomatē ue agrū Venetis ex fœdere dederet, hæc conditione, ne socios Venetorum, Florentinog; bello laceraret, aut ad id defectionem cōcitaret. Approbauit hanc pacē Martinus, ueritus ne Philippus ducatu omnino pelleretur. Homini enim amicissimo, cū ob religionem auxilio esse non poterat, tū uel maxime q; superioribus annis arariū pontificium exhaustū omnino fuerat, eo bello quod contra Brachium gesserat. Nam eo tpe quo Florentia pfectus est, offendit Brachium Montonium, uirum in re militari præstantem, Perusia, ducitū spoletinum, & magnā patrimonij partē ita occupasse conducit mercede quibusdam tyrannis circūquaq; positus, ut ipse tuto proficisci Romā non posset. Cū uero admonitus Brachius redire ad sanitatē nollet armis spiritalibus, hoc est cēsuris, primo in eum pontifex usus est. Interdictum em à sacris his omnibus est, q; Brachio parenti, uetitiq; sacerdotē decreto potēficis eisdem in locis celebrare. Hanc ob rem Florentini moti amici Brachij incommodo, de pace cum Martino agunt, hæc conditione ut Brachius ad pedes Martini prouolutus, ueniam peteret: quod etiam fecit: oppidaq; aliq; ecclesiæ redderet:

utq; etiam stipendijs pontificis militans, Bononiam rebellem in Martini potestatem redigeret. Cui quidem bello Gabriel Condemerius, tituli sancti Clementis presbyter cardinalis & legatus præsuit: cuius industria & Brachij uirtute Bononia in potestatem ecclesiae breui redacta est. Interim uero dum hæc Bononia agerentur, quatuor illi cardinales, qui olim cum Petro Luna adulterino pontifice senferant, Florentiam ad Martinum uenientes cum magno & honorificentissimo comitatu publico consistorio suscepti, dignitatum suarum titulos retinuerunt. Tres enim diaconi cardinales erant; quartus uero qui antea canonicus regularis fuerat, presbyter cardinalis est habitus. Dum autem Baldefar Cossa adhuc in uinculis apud Heidelberg in Germania à comite Palatino detineretur, quidam Florentini ciues, quorum de numero Cosmus habitus est, rogare pontificem Martinum omnino non desistebant, ut tandem è carcere Baldefarem liberaret, facturum se id pontifex pollicitus est. Verum dum eò legatum eò eam rem mittit, Baldefar impatiens triginta millibus nummum aureorum Palatino comiti persoluit, se è uinculis redimens in Italiam ueniens, ut rectè Florentiam proficisceretur, apud Petrum Rubeum agri Parmensis baronem ueterem amicum diuertens, parari sibi insidias intelligit. Hanc ob rem noctu cum legato pontificis, qui cum in uia conuenerat, ad Thomam Fregosum ueterem amicum confugiens, magnam iniicit omnibus suspitionem, ne rursus schisma innouaret. Erat enim uir magni animi, sagacissimiq; ingenij, & qui priuatam uitam nequaquam pateretur. Non deerant præterea qui hominis adaciam ad res nouas concitarent, adeo tum rebus nouis studebant: sed deus omnipotens ecclesiae suae consulturus, Baldefarem impulit, nullis actionibus interpositis, nulla requisita cautione, Florentiam ad Martinum proficisci; quò cum uenisset admirantibus omnibus, exoculato pontificis pede, eundem audientibus omnibus ut uerum pontificem & Christum uicarium canonicè electum salutauit. Mira profecto hæc rebus omnibus uisa est, & dei potius quam hominum industria eo deducta, quod homo regnandi cupidus, in summo rerum fastigio antè collocatus in loco libero, ubi plurimum ab omnibus diligebaturq; tanta ueteretur mansuetudine. Quæ certe omnibus præ gaudio lachrymas excussit; maxime uero his cardinalibus, qui eum prius ut pontificem secuti fuerant. Martinus autem uicissitudine rerum humanarum motus, post aliquot dies hominem in numerum cardinalium asciscens, episcopum Tusculanum creat; atque deinceps eo habuit in honore, quo reliquos cardinales tam publice quam priuatim. Verum Baldefar dolore animi, ut putatur (ferre enim uitam priuatam non poterat) aliquot post menses Florentiae moritur; sepeliturq; honorificentissimo sepulchro in templo sancti Iohannis, non lōge ab ecclesia cathedrali, magna adhibita funeris pompa, eam rem Cosimo Medice procurante; quem homines existimant pecunia Baldefaris opes suas in tantum auxisse, ut & primarius apud Florentinos ciues & ditissimus omnium apud Italos, ac fortasse apud exterarum quoq; nationes deinceps sit habitus. Sepulchro hois hæc uerba fere inscripta sunt, BALDESARIS COSSAE IOHANNIS .XXIII. QVONDAM PAPA E CORPVS HOC TV MVLO CONDITVM. Interim uero dum hæc Florentiae agerentur, oratores imperatoris Constantinopolitani ad pontificem uenire, pollicentes Græcos quoque fidem prineret, uelle in sententiam Latinorum uenire, si æque conditiones proponerent. Hos & per benignè ac splendide pontifex suscepit, & legatum è latere creauit, Petrum Fontescum sancti Angeli cardinalem, hominem Hispanum in quavis facultate doctum, qui Constantinopolim ad res componendas proficisceretur. Verum priusq; uirum integerrimum à se dimitteret, eò præmisit fratrem Antonium Massanum ordinis minorum generalem gubernatorem, qui imperatoris ac Græcorum explorata sententia, quid ea in re postea sperandum esset, pontifici admoneret. Instantibus aut Romanis, ut demum pontifex Romam proficisceretur, Martinus cum bona Florentinorum gratia discessurus, ciuitati honore metropolitanico exornauit. Nam eum antea ab ipsa pene urbis origine episcopatum in modo habuisset, in archiepiscopatum eorum cathedralem ecclesiam transfudit; eiq; subiecit ut matri Vo-

laterranā, Pistoriensem, Fesulanā ecclesiam. Dedicauit præterea ipsemet maius altare sanctae Mariae Nouellae ordinis prædicatorum, apud quā basilicam tadium diuertit, quādum Florentiae fuit. Est enim conuentus ille ad recipiendos pontifices præmaxime cōmodus. Abiens itaq; Florentia, Romam tandem puenit, effusa obuiam omni urbana multitudine; effusus principibus tanta urbis, qui hominem non secus ac quoddam salutarem sidus, uel unicum patriæ parentem expectabat. Diem illum in fastis annotauerunt Romani, decimo calendis Octobris, anno domini. MCCCCXXI. Urbem Romam adeo diruptam & uastam inuenit, ut nulla ciuitatis facies in ea uideretur. Collabentes uidisses domos, collapsa tēpla, desertos uicos, cœnosam & oblitam urbem, laborantem rerum omnium caritate & inopia. Quid plura? nulla urbis facies, nullum urbanitatis indicium in ea uidebatur. Dixisses omnes ciues aut inquilinos esse, aut ex extrema omnium hominum fece eò commigrasse. Ciuium itaq; suorum calamitate per motus pontifex optimus, animum ad exornandam ciuitatem, componendosq; ciuium mores ita adiecit, ut breui conualescens meliorem faciem præ se tulerit. Hanc ob rem ciuitas ipsa, eum non modo summum pontificem, uerum etiam patriæ parentem appellauit. Sed ne tam publica lætitia diuturna esset sine aliqua molestia, sequenti anno mense Nouembris in uigilia beati Andreae, adeo in immensum Tiberis creuit, ut per portam Flamminiam ingressus, totam urbem in planam sitam inundauerit; templumq; Pantheon usq; ad altare maius repleuerit. Decrescens autem biduo post, multa animalia passim secum traxit, multaq; ciuibus damna intulit: qui non secus per uicos nauigabant, ac per alueum Tiberis facere consueuerunt. Alouisus autem rex Lodouici regis filius eodem uero tempore Romam ad pontificem ueniens, regni Neapolitani titulum à Martino consecutus est, cardinalium omnium consensu. In regnum namq; per adoptionem à regina Iohanna Ladislai sorore uocatus, sine ulla morte hoc modo consecutus se regnum putabat. Verum studio partium ab urbe Neapoli submotus, in Calabria secessit. Cum autem concilij tempus instaret (ut ex decreto Constantinensi institutum erat) Martino placuit, sententibus etiam iam cardinalibus omnibus, præmittere quosdam prælatos, qui Papiam illud inchoarent. Is enim locus ad eam rem omnibus præmaxime cōmodus uidebatur. Missi itaq; eò statim Petrus Donatus archiepiscopus Cretensis, Iacobus Camplo episcopus Spoletinus, Petrus Rosatius Aquileiensis diocesis abbas; frater Leonardus Florentinus, fratrum prædicatorum generalis, concilium inchoarunt; ad quod nemo quidem adhuc uenerat, præter duos abbates Burgundos. Differre itaq; rem in aliquot dies placuit, donec ex omni natione unus aliquis superueniret. Ex Gallica enim & Germana natione nondum quis uenerat. Parui namq; momenti fore putabant, quod sine istorum autoritate & suffragijs esset inchoatum. Sed ecce dum hos expectant, tanta repente pestis Papiam inuasit, ut præsidentes concilij mutare locum & tempus sint coacti. Placuit itaq; omnibus ex sententia pontificis Senas migrare; quo maior ex omni natione multitudo quæ Papiam peruenit. Alphonus autem Aragonum rex Martino inensus, quod titulum regni Siciliae & Neapolis habere neque uerat, datū (ut antea dixi) Alouisio regis Lodouici filio, oratorē ad conciliū mittit: qui & conciliū in longū duceret, & causam Petri Lunæ adhuc in Paniscola suppositis restitueret, largitione, pollicitationibus ambiendo unūquē ex his quæ in concilio autoritatem haberet. Hanc ob rem Martinus non ignarus quantā calamitatem ea res ecclesiae Romanae allatura esset, quantumq; periculi in mora haberetur, mandauit concilium statim dissolui, approbatis decretis in concilio habitis, quæ ad fidem pertinebant. Et ne subterfugere conuentum Christianorum uideretur, insequens septennium concilio adiudicauit, quod in Basilea celebraretur. Atq; hoc modo schismatis & discordiarum semina à quibusdam in concilio Senensi iacta & sparsa, sublata hominis prudentia & astu sunt. Tum uero Alphonus palam de Martino conquestus est, quod diceret eius opera & se à regina Iohanna abrogatum regno esse, quem prius hæredem instituerat, & Alouisium regis Siciliae filium nouum hæredem institutum. Refellebat quidem hæc crimina facile Martinus, quod diceret Alouisium hæredem Iohannæ ab Alexandro quinto, & Io-

hanne uigefimotertio in regno prius confirmatum fuisse, reijceret eam omnem culpam in reginam, non autem in se, ad quem pertineret feudatarios ecclesie confirmare, non autem tollere: nisi aliquod grande facinus in sedem Romanam commisissent, se non uiderere cur Alouisius Iohanna suo iussu coronata, legitimus hares esse non posset. At uero Brachius cum uideret pontificem multiplici cura implicitum, ob similitatem cum Alphonso contractam, multis oppidis ecclesie per uim potius, Aquilam urbem regni Neapolitani graui obsidione premit. Hanc ob rem motus pontifex, comparato satis iusto exercitu, liberare Aquilam annixus, adiuuantibus his qui cum regina & Alouisio militabant, non longe ab Aquila patenti campo Brachium superat & interfecit. Aderat in eo prelio Sfortiani, Francisco duce Sfortie filio, qui superioribus annis dum Piscaria am flumen traiecit (quod Aternum ueteres appellabant) in undis perierat. Delatum itaque Romam Brachij cadauer, in loco prophano extra portam sancti Laurentij sepelitur. Hac autem uictoria tanta deinceps tranquillitas exorta est, redactis ad ditionem ecclesie Perusio, Tuderto, Assisio, aliisque oppidis, quae Brachius occupauerat, ut Augusti Octauij felicitas & pax redijisset sua aetate uideretur. Licebat tum fui ocio, & libere per syluas noctu etiam ac tuto commeari. Nulli latrones tum extabant, nulli ficarij & fures, adeo hoc hominum genus persequebatur, sublato e medio Tartalia, Lauello aliisque tyrannis, qui latrocinijs potius quam militia uitam tradebant. Huic autem felicitati ob stare Boemi haeretici uidebantur, qui haeresi & armis Germanos catholicos continuo uexabant. Ut igitur hi quoque rationi & ecclesie obtemperarent, cum bene monenti parere noluisent, legatos in Germaniam misit, qui catholicos ad arma concitarent. Ac primo quidem, seorsum tamen Henricum sancti Eusebij cardinalem, deinde Bartholomaeum Plascentinum, postremo uero his reuocatis Iulianum Caesarium sancti Angeli cardinalem eodem misit, qui certe non sua culpa, sed ignauia militum magnum incommodum ab hostibus accepit. Martinus autem ob eam rem haud animo concidens, maiora in haereticos parabat. Verum priusquam tantam rem aggrediretur, sedare Italorum discordias instituerat. Nam pace (ut diximus) a Martino composita inter Philippum & Venetos, Florentini aggreferent, Ladislaum Pauli Guinifij tyranni Lucensis filium superiore bello sub Philippo militasse, occasione opprimenda Lucae nati, quod superiore pace nil scripris de Guinifio cautum fuerat, in agrum Lucensem copias mouent, Nicolaum Fortebrachio copiarum duce. Captis itaque non ita multo post quibusdam castellis circuequaque positis, urbem obsidione cingunt. Tum Philippus sollicitatus Pauli precibus, ueritusque ne si Luca in Florentinorum potestatem deueniret, acriores eos utpote propinquiores haberet hostes, Franciscum Sfortiam cum magno equitatu primo in Parmensem agrum mittit, unde pedestres copias conscriberet. Qui quidem uere iam appetente Apenninum transgressus, tantum terroris Florentinis iniecit, ut priusquam in uallem nebularam (ita enim accolae uocant) descenderet, hostes mouere castra, ac Lucam obsidione liberare praemesse coegerit. Eius autem aduentus eo gratior Lucensibus fuit, quod pulsus hostibus ac capto tyranno, liberi omnino Francisci auxilio futuri uidebantur. Verum Franciscus acceptis quinque milibus nummum aureorum ex aerario Florentino depromptis, Lucenses maiore in discrimine, quam unquam antea fuerant reliquit, pactus ob datam pecuniam se eo toto semestri Philippi imperio non obtemperaturum. Obsideri deinde Lucenses acrius sunt cepti. Quare Philippus instante Martino pontifice, qui Lucensium quoque uices dolebat, Nicolaum Picenninum cum maximo equitatu eodem statim mittit, qui suis ac fugatis hostibus, non solum Lucam obsidione liberauit, uerum etiam inde mouens ex Pisanis ac Volaterranis multa castella uicepsit, Senensibus etiam rem gratam facturus, qui tum Florentinos bello inuaserant. Martinus autem ab externo hoste quietus, ad exornandam patriam basilicasque Romanas animum adiciens, porticum sancti Petri iam collapsam restituit: & pavementum Lateranensis basilicae ope uermiculato perfecit: & restudinem ligneam eidem templo superinduxit: picturamque Gentilis, opus pictoris egregij inchoauit, Aedes praeterea uetustate collabentes ad duodecim apostolos restituit, ubi & an-

nos aliquot habitauit. Huius autem studia cardinales secuti, titulos suos ita certatim restituerunt, ut iam aliqua facies redijisset urbi Romae uideretur. Creauit & cardinales, quorum de numero fuit nepos suus Prosper Columna sancti Georgij ad Vellus aurei diaconus cardinalis. Interea uero mortuo Petro Luna in Paniscola, ne aliquid mali deesset, quod ecclesiam uexaret, duo illi anticardinales de quibus mentionem fecimus, Alphonso Martini hoste adhortante, Aegidium cognomento Munionis, canonicum Barchinonensem genere nobilem pontificem deligunt, Clementemque octauum appellant: qui statim & cardinales creauit & fecit, quae a pontificibus fieri consueuerunt. Verum cum Martinus in gratiam cum Alphonso redijisset, eodem statim Petrum de Fuso cardinalem misit apostolicae sedis legatum: in cuius manus iubente Alphonso Paniscola domino, Aegidium octauum pontificatus iura deposuit: erga quem hac benignitate Martinus postea usus est, ut eum Maioricensem episcopum declarauerit. Cardinales autem ab Aegidio creati sponte cardinalatu se abdicarunt. Illi autem duo quos a Petro Luna creatos diximus, in suaque pertinacia mansisse, cum pontifici Romano parere nollent, in carcerem a legato conijctum. Atque hoc modo Martini pontificis sapientia & industria omne schisma undique sublatum est. Pacata hoc modo undique ecclesia dei, in dandis beneficijs mira prudentia usus est. Non enim unicuique petenti ea conferebat, sed statim mente agitabat quod potissimum esset idoneus, cui talis cura demandaretur. Quod si homines prouinciarum non nosset, in quibus uacare beneficia contigisset, statim peritos regionum consulebat, quis autem in curia, aut in gymnasijs publicis esset doctrina, nobilitate, moribus tanta prouincia dignus. Atque hac quidem ratione & ecclesijs & hominibus honore dignis pariter consulebat cum maxima celebritate nominis sui. Tanta praeterea constantia fuit, cum duos haberet fratres, quorum alter Iordanus princeps Salernitanus maior natu peste moritur: alter uero minor natu (Laurentium appellant) in turri igne casu iniectione exustus est, ut nil ex eo sit auditum, nil uisum, quod impatientiae aut abiecti animi signum aliquod praeseferret. Hic autem uir in omni uita integer demum pontificatus sui anno quartodecimo, mense tertio Romae apoplexia mori, aetatis suae anno sexagesimo tertio, sepeliturque eius mandatum in basilica Constantiniana ante capita apostolorum, sepulchro aeneo, comitante populo Romano, comitante clero non aliter flente, quam si ecclesia dei, si urbs Roma unico atque optimo parente orbata fuisset. Vacatum sedes dies. XII.

EUGENIUS .IIII.

Eugenius quartus, patria Venetus, familia Condemia, populari quidem, sed antiqua, patre Angelo natus, pontificatus hac ratione adeptus est: Creato enim pontifice Gregorio duodecimo e gente coraria, patria ueneto, Antonius corarius us Gregorius nepos Celestini habitus, canonicus congregationis sancti Georgij in Alga Romae iturus, Gabriel Condemarij, eiusdem professionis erat, quo cum ab ineunte aetate familiariter uixerat, secum aliquandiu recusantem duxit, cuius ingenio & solertia delectatus Gregorius, cum primo thesaurarium fecit, deinceps uero episcopum Senensem creauit, praefecto Bononiensibus in eadem dignitate Antonio nepote. Recusarunt aliquandiu Senenses Gabrielem in episcopum, quod dicerent hominem aliunde natum, nequaquam in tanta re ciuibus Senensibus praeficiendum, eam curam debere cuius alicuius esse, qui mores hominum & ritus ciuitatis nosset. Verum cum postea Gregorius rebus suis diffidens, Roma Lucam profectus fuisset, aucturus cardinalium numerum, Antonij nepotem & Gabrielem Condemarij in cardinales retulit. Gabrielis autem opera in magnis rebus postea Gregorius & Martinus abrogato Gregorio usus est: maxime uero in legatione Picentina, qua et Picentes in fide ecclesiae confirmauit, sumpta de quibusdam seditionis et coiuuatis poena: & templum sanctae Hagnetae Ancone diruptum: portumque eiusdem ciuitatis ad imitationem diui Traiani magna impensa restituit, stucibusque assum, & uetustate consumptum. At uero cum Martinus intellexisset Bononienses rebus nouis studere, eodem Piceno Gabriele legatum misit, quo suo aduentu seditionem omnem statim sustulit. Cum autem inde Romam uenisset, mortuo haud ita multo post Martino, solus a duobus de uiginti cardinalibus, qui tunc in coelauis ad Mineruam ade-

CCXVI. pont.

Condemarium fore legendum ut supra.

rant, pōtifex creatur, anno milleſimo. CCCC. triceſimo primo, quinto nonas Marcij, Eugeniusq; mutato nomine (ut fit) appellatus, ad ſanctum Petrum comitante populo & clero ſtatim perducitur. Accepta deinde corona pontificia de more, inuiſaq; baſilica ſancti Iohannis Lateranenſis in Varicanum rediens, conſiſtorium generale propoſuit in dicta die; qua certe tanta multitudo aſſuit, ut cum trabes deficerent eius loci, ubi nunc conſiſtorium publicum fit, trepidatum adeo tumultuoſe fit, ut in ipſa fuga Senegalliæ epiſcopus cuius Romanus eſt gente Mellina obrutus perierit. Nondum enim ades ipſa pontificiæ hanc formam, quam nunc habent acceperant. Dimiſſo conſiſtorio Eugenius, tu multus deinceps ex induſtria uitauit. Inſtantibus deinde quibuſdam delatoribus, qui dicebant Martinum congregandi auri cupidum, maximos theſauros reliquiſſe, idq; ſcitum Eugenium ex Martini familiaribus nepotibusq; eo ueſania hominem perpulere, ut Oddum Poccium Martini uicecamerarium comprehendere iuſſerit, idq; negocium Stephano Columnæ dederit, quem copijs ſuis præſecerat. Ab alijs enim Columnenſibus is ſolus diſſentebat, cardinali Vrſino & cardinali comitum inſaniam hominis ad iuuantibus, quorum artibus hæc omnia contra Columnenſes geſta putantur, ob inueterata factionum odia. Mandauerat Eugenius ut Oddo ad ſe ſine ullo tumultu, ſine ignominia perduceretur, quod contra à Stephano factum eſt: nã & eius bona à militibus diræpta ſunt, & ipſe ut tanquam latro per ora hominum ad pontificem tractus eſt. Hac indignitate motus Eugenius, Stephano admodum ſuccenſit; eiq; interminatus eſt, quod & Oddonem & epiſcopum Tiburtinum olim Martini cubicularium, ita indecenter ad ſe pertraxiſſet. Veritus itaq; Stephanus Eugenij iram, Præneste ad principem Columnam conſugit; eumq; adhortatus eſt, ſuas opes pollicitus, ut Eugenium ab urbe pelleret, quod cereret ei in animo eſſe nomen Columnenſium extingueret: id ſe optime ſcire, & iusq; conſiliorum participem fuiſſe; & ob eam rem auſuſſe, quod ſciret partem illius calamitatis ad ſe quoq; (niſi tantum mali ſimul declinarent omnes) peruenituram. Motus his uerbis princeps, & eorum calamitatibus qui Martini pontificis familiares fuerant, ſumptis prope armis pontificem aggredi inſtituit. Subſtitit tamen aliquandiu, donec Proſper frater diaconus cardinalis: quem quidem præmonuerat, ab urbe diſcederet. Viſo autem fratre e Præneste Marinum, atq; deinceps Romam tanquam ex arce bellicam in Eugenium mouens, occupata per Iohannem baptiſtam porta appia, urbem armato milite ſine ullo maleficio primo ingreditur. Iam peruenerat ad ſanctum Marcum, & in uicium Columnam, cum ſubito eis obuiam facti ſunt pontificis milites, magna populæ parte adiuuante. Pugnatum eſt in urbe aliquandiu, atq; acriter: qua in pugna multi utriq; cecidere & capti ſunt. Quare Columnenſes cum uiderent populum Romanum longe aliter ſentire, quam arbitrarerentur, cedere ex urbe inſtituentes, omnia paſſim rapiunt, pecora abigunt, homines abducunt. Talionem tamen his reddidere pontificis milites, Romano populo mixti. Nam & Proſperi cardinalis & Columnenſium omnium, ac eorum qui cum Martino familiariter uixerant, domos hoſtilem in modum diripiunt & uanſant. Irritatis hoc modo utriq; animis, non ſolum aperto Marte, uerum etiam proditionibus res agi coepta eſt. Capitur namq; archiepiſcopus beneuentanus Antonij Columnæ filius; ac quidam Maſius frater, q; caſus eſt quaſtione adhibita, ſibi in animo fuiſſe arcem ſancti Angeli dolo capere, interfecto ipſius arcis præfecto; eamq; Columnenſibus proderet: qua occupata & pontificem & Vrſinos ab urbe pellerent. De Maſio ſacerdotio abrogato (quod degradare appellant) ſumptum ſupplicium eſt in campo flore, eiusq; corpus quadrifariam ſub furca diuiſum, ad quatuor urbis ceſtrimas alibi ſuſpenſum eſt, de archiepiſcopo beneuentano nulla mentione habita. At uero cum Eugenius in ægritudine quandã incidiſſet, uel dolore animi, quo in tantis perturbacionibus afflictiſſus eſt: uel ueneno quo appetitum à Soldano ſuo quidam dicebant, agere de pace cum Columnenſibus cepit, curante eã rē Angeloto Foſco ciue Romano, quem non ita multo poſt una cū Franciſco Cōdelmerio nepote ſuo cardinalē creauit. Diuulgata itaq; pace quanta maxima celeritate potuit, q; iã ingreſſum Italiã Sigifmundũ intellexerat, Romã uenit

nam nepotē Franciſcũ camerariũ inſtituit: huiusq; uiros quosdã præſtantes addidit, quosq; conſilijs utereſ in gubernanda eccleſiaſtica ditone. Dum hæc autē Romã agerent, Florentini & Veneti elatiores facti, q; & Philippũ Genuã dñm claſſe in littore Genueſi ſupaveſt: quodq; Eugenium ciuē ſuũ pontificē haberent, Philippũ ipſum bello terreſtri aggrediuntur: q; accito prope ex Hetruria Nicolao Picenino, & claſſem uenetam ad Cremonã diſcedit: & Carmignolæ impetus facillime retardauit, quem Veneti haud ita multo poſt quaſtionibus, literis, teſtibus conuictũ (ut ipſi dicunt) capite multarunt: q; per eũ ſtetiſſet, quo minus Cremona portenſ, capta à Caualcaboue ipſius urbis portæ: quodq; etiã claſſis ſub ipſius oculis diſſecta ab hoſtib⁹ fuiſſet, cū ex propinquo loco à tanto exercitu id fieri perfacile potuiſſet. Tũ uero Florētini aduentũ impatoris in Italiam ueriti, quod Philippi rebus fauere uiderent, Nerio Capponio ciui ſuo negociũ dāt, ut quibus rationibus maxime poteſt, Eugenio ondat & pſuadeat, aduentũ impatoris ad urbē nō min⁹ apoſtolica ſedi, q; Florētiniſ exitũ ac perniciē minari, deſtineri hoſtē facillime poſſe, quo minus Arnũ ad Senēſes traſſeat: q; Florētinos iã pridem bello laceſſerat, ſi Nicolaus Tollētinas q; tũ pōtifcis noſtē ſtīpēdia faciēbat, cōiunctis copijs & animis cū Micheleleto Cotignola Florentinay copiaz duce ad Arnũ Sigifmundũ coerceat, ne fluamen cum Germano egatur traſſiat. Venerat in eandē ſententiã pſacile Eugenius: & cū de impēſa bellica aliquantulũ addubitaret, rē Nerius ita ſtatim partitiſ eſt, ut duobus milibus equitũ Eugenij populũ Florētinus tādũ ſtīpēdia pberet, quoad bellũ illud pertraheret. Tũ uero Nicolaus Tollētinas iuſſu pōtifcis ex hybernis mouēs, dũ Senēſes in curſioibus & rapinis uexat, Sigifmũdo traſſicēdi Arnũ tēpus & facultatē dat, adiuuante Antonio Pōtadera egregio tũ copiaz duce, & acerrimo Florentinoy hoſte, q; deinde p Volaterranũ iter faciēs pacato magis q; hoſtili agmine ab oibus expectatus pſificitur. At impator cū iã ſex mēſibus Senis ſubſtituiſſet, cū magna populū Senēſis impēſa tentatã fruſtra cū Florētiniſ pacē omittēs, ad Eugeniũ cōuerſus, inito cum eo foedere Romani pſfectus, pbenigne à pontifice populoz Romano ſuſceptus, corona impij donat. Vege dū e Vaticano ubi coronã acceptat, ad lateranũ ubi diuerſeſt proficiſcit, in ponte Hadriani (ut impatorum mos eſt) mulros tũ Italos, tũ Germanos in equeſtrē ordinē aſciuit. Sunt q; ſcribāt Eugeniũ hominē uſq; ad pontē comitatũ ad ſanctũ Petrum rediſſe. Abiens deinde cum bona Eugenij gratia, impator per Picentes & Flamminiam iter faciens, Ferrariam atque Mantuam peruenit. Vbi aliquot dies immoratus, & Iohannem Franciſcum Mantuæ dominum marchionali dignitate additis imperij ſignis ornauit, & Barbarã Iohãnis marchionis Brandilburgēſis filiã Lodouico Iohãnis Franciſci filio ſpondit in uxorem, quæ nuptiæ honeſtare familiam Gonziacam ſunt uiſæ: & quod Sigifmundo imperatori puella affinitate coniuncta erat: & quod pater Iohannes poteſtatem in eundẽ ſuffragia ad creandum impatorem habebat. Abeunte autem ab Italia impatore, cum iam omnia bello feruerent, Nicolaus Eſtenſis Ferrarienſis marchio, hortante Philippo Venetiay profectus, Venetos ad pacem multis rationibus adhortatus eſt, qui & hominis autoritate permoti, & quod etiam nimis belli impenſa exhauſti priuatim ac publice eſſent, legatos Ferrariam cum Nicolao mittunt, ubi Calendas Aprilis, anno trigeſimo tertio ſupra quadringentēſimũ & milleſimũ ueniente in eandem ſententiam Eugenio, pax his conditionibus cōpoſita eſt, ut Philippus Glarea Abduæ (id ei loco nomen eſt) decederet: utq; marchioni Montiferrati & Orlando Palauicino dominatum redderet: Vtrunq; enim ditone paterna ſpoliauerat, Florentinorum, Lucenſium Senenſium ue, quæ bello capta fuiſſent, ad priſtinos dominos reciderent, communi omnium hoſte habito, qui infra trigeſimum diem capta non reddidiſſet. Pace autem hoc modo ubique parta, quietura aliquandiu omnia uidebantur, cum ſubito omnis belli uis in Eugenium conuerſa eſt. Nam Philippus nouarum rerum cupidus, & Franciſcum Sfortiam cum magnis copijs in Flamminiam miſit, hominem iturum in Apuliam ſimulans, quam Alphonſus bello uexabat, deſenſurum ea